MEMORIAE

PARENTUM OPTIMORUM

SACRUM.

Omnium particularum Graecarum nulla tam varie usurpatur quam ὡς, quare nulla est cuius usus dignior sit qui investigetur. Itaque quamquam viri docti de ὡς particula iam saepe scripserunt[1]), mihi tamen visum est operae pretium omnia eius exempla apud Herodotum, qui eo frequentissime[2]) utitur, colligere atque de iis disserere. Grammaticos quosdam duplicem[3]) vel etiam triplicem[4]) particulam ὡς ponere non ignoro, verum quaestionem tamen utrum hoc iure faciant necne[5]) instituere nolo. Nihil aliud mihi proposui quam ut de huius particulae usu Herodoteo disputem, et licet eius usus apud hunc scriptorem varii sint, ii omnes, ut demonstrare conabor, ex ablativo pronominis ὅς, quod mihi quidem probavit Windisch[6]) principio pronomen demonstrativum fuisse, facile explicari possunt. Quoniam ὡς non raro apud Herodotum sensu demonstrativo usur-

1) Vidi libellos hos: H. Graef, De coniunctionis ὡς origine et usu. Programm des Gymnasiums zu Memel 1874. C. E. Kämmerer, De particulae ὡς apud Homerum usu et significatione. Vratislaviae 1838. F. Naumann, De ὡς particulae apud Aeschylum vi et usu. Lipsiae 1877. Th. Wisén, De vi et usu particulae ὡς apud Thucydidem. Hauniae 1862. Th. Barthold, Specimen lexici Euripidei quo explicatur particula ὡς. Programm des Gymnasiums zu Posen 1869. Aem. Schinck, De ὡς particulae usu Aristophaneo, Programm des Progymnasiums zu Neuhaldensleben 1880. Postquam dissertatio mea approbata est, cognovi Waltherum programma scripsisse quod inscriptum est 'Ueber ὡς bei Herodot' (Hameln 1887), quod quamquam vidi, inde nihil hausi.

2) Plus mille quadringenta exempla numeravi. Numeravit Walther (cfr. p. 3) tantum mille ducenta septuaginta tria, quod demonstrat eum fugisse multa.

3) Cfr. Gustav Meyer, Griechische Grammatik. 2. Aufl. Leipzig 1886. § 215 et § 303.

4) Vide Brugmann, Handbuch der classischen Alterthumswissenschaft. Herausgegeben von Iwan Müller. Vol. II. Nördlingen 1885. p. 119.

5) Cfr. Curtius, Grundzüge der griechischen Etymologie. 5. Aufl. Leipzig 1879. p. 603.

6) Studien zur griechischen und lateinischen Grammatik. Herausgegeben von G. Curtius. Vol. II, p. 203 seqq.

patur, exempla eius usus primum afferam; deinde de usu relativo iisque, qui inde orti sunt, agam. In locis laudandis editionem criticam Steinii (Berolini 1869 et 1871) sequar.

Caput I.

ὡς[1]) Demonstrativum.

Pronominis ὅς, quod, ut supra diximus, principio demonstrativum fuit, ὡς est ablativus[2]). (ς ex d, quam in litteram ablativus indogermanicus exiit, non ortum, sed ablativum ὡ, terminatione amissa, ad analogiam particularum ἐκ-ς, μέχρι-ς, similium, ς assumpsisse statuunt Brugmann et Meyer)[3]).

Apud Herodotum ὡς vi demonstrativa non usurpatur nisi pro adverbio modi. Sed etsi res ita se habet, nulla est causa cur particulam nostram non esse ablativum putemus; nam ex significatione ablativi, quae est 'loci unde'[4]), modi significationem duci posse[5]) nemo est qui neget. Ad praecedentia ὥς semper spectat, et semper initio enuntiationis invenitur, nisi ubi post οὐδὲ ponitur.

Occurrit ὥς δὲ καὶ (= etiam) I, 32, 155; III, 109; IV, 28; V, 30, 38; VI, 14; VII, 104, 106, 206; VIII, 126; IX, 35.

In V, 30; VII, 106; VIII, 126 verbum ex sententia antecedente est intellegendum.

Codices optimi ὡς δὲ δὴ καὶ ἐς τοῦ III, 37 habent, quod a Schaefero in ὥς δὲ δὴ καὶ ἐς τοῦ mutatum Stein merito, puto, recepit. Probarunt Baehr, Dindorf, Krueger coniecturam Bekkeri ἐν δὲ δὴ καὶ ἐς τοῦ, quam, si perspicere possem quomodo lectio falsa in libros manuscriptos irrepserit, causa non esset cur reprehenderem. Ex duorum codicum PR auctoritate Gaisford ἐς δὲ δὴ καὶ τοῦ edidit.

ὥς δὲ exstat III, 13. καὶ omissum est fortasse propterea quod,

---

1) De ὡς demonstrativi accentu inter se consentiunt grammatici neque veteres neque recentiores. Vide Ebeling, Lexicon Homericum s. ὡς ibique allata.

2) Cfr. Curtius, Grundzüge. p. 603. Delbrück, Der Gebrauch des Conjunctivs und Optativs im Sanskrit und Griechischen. Halle 1871. p. 56. Die Grundlagen der griechischen Syntax. Halle 1879. p. 49.

3) Brugmann, l. l. p. 59. Meyer, l. l. § 303. Contra eos vide Curtius, Zur Kritik der neuesten Sprachforschung. Leipzig 1885. p. 54 et seq.

4) Cfr. Delbrück, Conjunctiv und Optativ. p. 56. Hübschmann, Zur Casuslehre. München 1875. p. 136.

5) Cfr. Delbrück, Grundlagen. p. 49.

altero *καὶ* sequente, quocum significatione 'et — et' coniungi posset, sensus 'etiam' non clarus esset.

ὣς γάρ exstat IX, 18.

ἀλλ' οὐδ' ὣς legimus I, 128; III, 152; *Ἀργείους μέντοι οὐδ' ὣς* VI, 76.

ὣς δ' αὔτως, vel rectius, ut ego censeo, *ὣς δ' αὔτως* adhibetur I, 215; II, 67 (cum dativo, qui redundat); VII, 86; VIII, 21; IX, 47, 81. Duobus extremis locis verbum ex superioribus est intellegendum. *καὶ* (= etiam) additur VIII, 21; IX, 47, 81. Saepius usurpatur *ὡσαύτως*, sed nunquam enuntiatio ab eo incipit. Loci sunt hi: I, 161, 179; III, 99; VI, 52, 62; VII, 86 (duobus locis, quorum uno coniungitur cum *καὶ* = eodem modo ac), 236; VIII, 50, 94; IX, 77 (cum dativo), 101. Intellegendum est verbum VII, 86 (semel), 236; VIII, 50.

Ex sententia Foxii[1]), qui de locutionibus *ὡς αὔτως*, *ὡς ἑτέρως*, *ὡς ἀληθῶς* simil. diligentissime atque, me iudice, accuratissime disputavit, huc pertinent *ὡς ἀληθέως* IV, 187; IX, 89[2]) et *ὣς δὲ παραπλησίως καὶ* (= etiam) VII, 119[3]).

Caput II.

ὡς Relativum.

Ex demonstrativo pronomine pronomen relativum natum est[4]).

Primum profero locum II, 105. *φέρε νῦν καὶ ἄλλο εἴπω περὶ τῶν Κόλχων, ὡς Αἰγυπτίοισι προσφερέες εἰσί.* Hunc locum Cavallin[5]) in orationis obliquae exemplis ponit, et Krueger *ὡς* interpretatur: 'zum Beweise dafs'. Mihi vero haec interpretatio nequaquam placet. Herodotus enim non vult probare *τοὺς Κόλχους Αἰγυπτίοισι προσφερέας εἶναι*, sed eo quod *οἱ Κόλχοι Αἰγυπτίοισι προσφερέες εἰσί* opinionem suam *αὐτοὺς εἶναι Αἰγυπτίους* (cf. initium capitis 104) confirmare studet.

1) Zeitschrift für die österreichischen Gymnasien. Dreissigster Jahrgang 1879. p. 321—335.

2) Lange, *ὡς ἀληθέως ἐπειγόμενος* vertens, 'als einer, der da wirklich Eile hatte', *ὡς* perperam cum participio coniungit.

3) Cfr. Fox, l. l. p. 333.

4) Cfr. Windisch, l. l. p. 390. Delbrück, Conjunctiv und Optativ. p. 31. Curtius, Grundzüge. p. 397. Brugmann, l. l. p. 122.

5) De modis atque temporibus orationis obliquae apud Herodotum. Lundae 1877.

VI, 16. *ἐνθαῦτα δὴ οἱ Ἐφέσιοι οὔτε προακηκοότες ὡς εἶχε περὶ τῶν Χίων, ἰδόντες τε .... ἐξεβοήθεον.*

39. *τὸν ἐγὼ ἐν ἄλλῳ λόγῳ σημανέω ὡς ἐγένετο.*

100. *μαθὼν δὲ τούτων ἑκάτερα ὡς εἶχε.*

VII, 18. *μεμνημένος μὲν τὸν ἐπὶ Μασσαγέτας Κύρου στόλον ὡς ἔπρηξε.*

104. *καίτοι ὡς ἐγὼ τυγχάνω τὰ νῦν τάδε*[1]) *ἐστοργὼς ἐκείνους αὐτὸς μάλιστα ἐξεπίστεαι.* Si cum Steinio post *ἐκείνους* excidisse *δὲ μισέων* vel *ἀποστυγέων* consentias — quod ego quidem pro supervacaneo habeo — *ὡς* eodem sensu quo *ὅτι* post verba sentiendi iure accipias. Fortasse dignum est quod commemoretur *ἐστοργώς* ironice usurpari.

VIII, 2. *εἴρηται δέ μοι καὶ ὡς τὸ πλῆθος ἕκαστοι τῶν νεῶν παρείχοντο.* Pro *ὡς* quod codices praebent, et Baehr, Dindorf, Krueger, Dietsch, Stein retinuerunt, alii viri docti coniecturas varias proposuerunt. cfr. Steinii editionem criticam vel Baehrium.

56. *ὥς σφι ἐξηγγέλθη ὡς ἔσχε τὰ περὶ τὴν Ἀθηναίων ἀκρόπολιν, ἐς τοσοῦτον θόρυβον ἀπίκοντο.*

80. *ἀλλά σφι σήμηνον αὐτὸς παρελθὼν ὡς ἔχει.*

87. *κατὰ μὲν δὴ τοὺς ἄλλους οὐκ ἔχω μετεξετέρους εἰπεῖν ἀτρεκέως ὡς ἕκαστοι τῶν βαρβάρων ἢ τῶν Ἑλλήνων ἠγωνίζοντο.*

Observandum est omnibus his locis praedicatum quod dicitur in indicativo esse.

ὡς vi relativa in sententiis in parenthesi positis saepissime usurpatur, quarum sententiarum quattuor discerni possunt genera.

1. Sententia parenthetica indicat qua auctoritate aut tota sententia primaria aut eius aliqua vox vel locutio nitatur. Quod ad sententiae parentheticae positionem attinet, invenitur modo ante id, modo post id posita ad quod referenda est, aut si ad totam sententiam vel locutionem pertinet, non raro etiam in eam inserta. Quo sententia parenthetica spectet, cum hac de re nemo unquam in dubio esse possit, indicare singulis locis non necesse habeo. Exempla ita digero ut componam ea quae idem verbum habent.

I, 65. *ὡς δ' αὐτοὶ Λακεδαιμόνιοι λέγουσι.* Hic et multis aliis locis — quos omnes Cavallin (l. l. pp. 63, 65) collegit atque optime tractavit — post sententiam parentheticam infinitivus in sententia primaria adhibetur.

1) De locutione *τὰ νῦν τάδε* cfr. Kühner. p. 556, 6.

75. ὡς μὲν ἐγὼ λέγω ...... ὡς δὲ ὁ πολλὸς λόγος Ἑλλήνων.
105. ὡς αὐτοὶ Κύπριοι λέγουσι.
174. ὡς αὐτοὶ Κνίδιοι λέγουσι.
181. ὡς λέγουσι οἱ Χαλδαῖοι.
182. ὡς λέγουσι οἱ Αἰγύπτιοι.
183. καὶ ὡς ἔλεγον οἱ Χαλδαῖοι.
II, 15. ὡς αὐτοὶ λέγουσι Αἰγύπτιοι καὶ ἐμοὶ δοκέει.
33. ὡς οἱ Κυρηναῖοι ἔλεγον.
43. ὡς δὲ αὐτοὶ λέγουσι.
60. ὡς οἱ ἐπιχώριοι λέγουσι.
73. ὡς Ἡλιοπολῖται λέγουσι.
130. ὡς ἔλεγον οἱ ἐν Σάι πόλι ἱρέες.
III, 10. ὡς λέγουσι αὐτοὶ Θηβαῖοι.
16. ὡς μέντοι Αἰγύπτιοι λέγουσι.
30. ὡς λέγουσι Αἰγύπτιοι.
47. ὡς μὲν Σάμιοι λέγουσι ...... ὡς δὲ Λακεδαιμόνιοι λέγουσι.
120. ὡς μὲν οἱ πλεῦνες λέγουσι.
IV, 5. ὡς δὲ Σκύθαι λέγουσι.
155. ὡς Θηραῖοί τε καὶ Κυρηναῖοι λέγουσι.
V, 10. ὡς δὲ Θρήικες λέγουσι.
44. ὡς λέγουσι Συβαρῖται.
49. ὡς Λακεδαιμόνιοι λέγουσι.
57. ὡς μὲν αὐτοὶ λέγουσι.
63. ὡς ὦν δὴ οἱ Ἀθηναῖοι λέγουσι.
VI, 75. ὡς μὲν οἱ πολλοὶ λέγουσι Ἑλλήνων — ὡς δὲ Ἀθηναῖοι μοῦνοι λέγουσι — ὡς δὲ Ἀργεῖοι (verbo omisso).
84. ὡς αὐτοὶ λέγουσι.
98. ὡς ἔλεγον Δήλιοι.
105. ὡς αὐτός τε ἔλεγε Φειδιππίδης καὶ Ἀθηναίοισι ἀπήγγελλε.
VII, 73. ὡς Μακεδόνες λέγουσι.
75. ὡς αὐτοὶ λέγουσι.
89. ὡς αὐτοὶ λέγουσι.
90. ὡς αὐτοὶ Κύπριοι λέγουσι.
94. ὡς Ἕλληνες λέγουσι.
137. ὡς λέγουσι Λακεδαιμόνιοι.
167. ὡς Φοίνικες λέγουσι — ὡς Καρχηδόνιοι καὶ Συρηκόσιοι (verbo omisso)[1].
171. ὡς λέγουσι Πραίσιοι.

---

1) Codices PR omittunt καὶ Συρηκόσιοι. Cum Pavio expungunt Krueger,

DE PARTICULAE ΩΣ

USU HERODOTEO

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB AMPLISSIMO

PHILOSOPHORUM ORDINE LIPSIENSI

RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

GEORGE S. THOMAS

VIRGINIENSIS

LIPSIAE

TYPIS B. G. TEUBNERI

MDCCCLXXXVIII

MEMORIAE

PARENTUM OPTIMORUM

SACRUM.

Omnium particularum Graecarum nulla tam varie usurpatur quam ὡς, quare nulla est cuius usus dignior sit qui investigetur. Itaque quamquam viri docti de ὡς particula iam saepe scripserunt[1]), mihi tamen visum est operae pretium omnia eius exempla apud Herodotum, qui eo frequentissime[2]) utitur, colligere atque de iis disserere. Grammaticos quosdam duplicem[3]) vel etiam triplicem[4]) particulam ὡς ponere non ignoro, verum quaestionem tamen utrum hoc iure faciant necne[5]) instituere nolo. Nihil aliud mihi proposui quam ut de huius particulae usu Herodoteo disputem, et licet eius usus apud hunc scriptorem varii sint, ii omnes, ut demonstrare conabor, ex ablativo pronominis ὅς, quod mihi quidem probavit Windisch[6]) principio pronomen demonstrativum fuisse, facile explicari possunt. Quoniam ὡς non raro apud Herodotum sensu demonstrativo usur-

---

1) Vidi libellos hos: H. Graef, De coniunctionis ὡς origine et usu. Programm des Gymnasiums zu Memel 1874. C. E. Kämmerer, De particulae ὡς apud Homerum usu et significatione. Vratislaviae 1838. F. Naumann, De ὡς particulae apud Aeschylum vi et usu. Lipsiae 1877. Th. Wisén, De vi et usu particulae ὡς apud Thucydidem. Hauniae 1862. Th. Barthold, Specimen lexici Euripidei quo explicatur particula ὡς. Programm des Gymnasiums zu Posen 1869. Aem. Schinck, De ὡς particulae usu Aristophaneo, Programm des Progymnasiums zu Neuhaldensleben 1880. Postquam dissertatio mea approbata est, cognovi Waltherum programma scripsisse quod inscriptum est 'Ueber ὡς bei Herodot' (Hameln 1887), quod quamquam vidi, inde nihil hausi.

2) Plus mille quadringenta exempla numeravi. Numeravit Walther (cfr. p. 3) tantum mille ducenta septuaginta tria, quod demonstrat eum fugisse multa.

3) Cfr. Gustav Meyer, Griechische Grammatik. 2. Aufl. Leipzig 1886. § 215 et § 303.

4) Vide Brugmann, Handbuch der classischen Alterthumswissenschaft. Herausgegeben von Iwan Müller. Vol. II. Nördlingen 1885. p. 119.

5) Cfr. Curtius, Grundzüge der griechischen Etymologie. 5. Aufl. Leipzig 1879. p. 603.

6) Studien zur griechischen und lateinischen Grammatik. Herausgegeben von G. Curtius. Vol. II, p. 203 seqq.

dieser drei Konstruktionen merken, dafs nach affirmativ ausgesagten Verben der Äufserung ohne Nebenbedeutung fast immer ein Accus. mit dem Infin. oder ὅτι steht, dafs aber ὡς gesetzt wird, wenn die Rede als unsichere oder unwahre Behauptung, Vorgeben oder Ausflucht bezeichnet wird, also nach einem verneinten Verbum.' Haec in harum constructionum usum Herodoteum non convenire Cavallin (p. 9) affirmat, sed non demonstrat.[1]) Argumenta autem quibus refutari Madvigii sententia videatur haec sunt: Primum, quod viginti duobus locis úbi ὡς post λέγω occurrit, ea quae narrantur, plane vera sunt. Loci sunt hi: I, 45, 82, 86, 118 (duarum sententiarum per τε —, καί coniunctarum altera sola cum Madvigii lege convenit); II, 102, 139; III, 75, 130; IV, 118, 137, 145; V, 31; VI, 69; VII, 3, 6, 203; VIII, 19, 26, 98, 111; IX, 38, 44. Locos quos quis in dubium vocare possit, non paucos illos quidem praeterii. Invenitur ὡς post λέγω omnino quinquagiens et quinquiens.

In locos ubi ὡς alia verba sequitur, regula Madvigii nihilo melius quadrat, exempla autem proferre necesse non habui.

Alterum argumentum est, quod ὅτι post protasin interpositam per ὡς bis iteratur III, 71 ἴστε ὑμῖν ὅτι, ἢν ὑπερπέσῃ ἡ νῦν ἡμέρη, ὡς οὐκ ἄλλος φθὰς ἐμεῦ κατήγορος ἔσται et IX, 6 προεῖπαί τε ὅτι εἰ μὴ ἀμυνεῦσι Ἀθηναίοισι, ὡς καὶ αὐτοί τινα ἀλεωρὴν εὑρήσονται.

Tertium, quod post idem verbum eadem sententia modo per ὡς cum verbo finito, modo per accusativum cum infinitivo exprimitur. Conferas VI, 63 ἐξαγγέλλει ὡς οἱ παῖς γέγονε cum VI, 65 ὅτε οἱ ἐξήγγειλε ὁ οἰκέτης παῖδα γεγονέναι.

Quartum, quod ubi de rebus non veris agitur, et ὅτι, ut I, 3; VIII, 75, 110; IX, 58, et acc. cum inf., ut I, 111, 116, 164 et multis aliis locis, usurpantur.

Quintum, quod ubi idem aliter ab alio narratur vel explicatur — quae narrationes omnes verae esse non possunt — modo ὡς modo acc. cum inf. invenimus. Exempla sunt: I, 70 οἱ μὲν Λακεδαιμόνιοι λέγουσι ὡς — αὐτοὶ δὲ Σάμιοι λέγουσι ὡς — III, 45 οἱ μὲν δὴ λέγουσι τοὺς ἀποπεμφθέντας — οὐκ ἀπικέσθαι ἐς Αἴγυπτον —· οἱ δὲ λέγουσι ἀπικομένους τε ἐς Αἴγυπτον ..... αὐτοὺς ἀποδρῆναι. — Utrum ὡς an ὅτι an acc. cum inf. adhibeatur in veritate eorum quae nar-

---

1) Contra Madvigium vide etiam O. Riemann, Revue de Philologie, Vol. VI. p. 73 seqq. Ibi invenies exempla ex Thuc., Aristoph., Xen., Plat., Isocr., Dem. collecta.

rantur non verti, clare demonstrant tales loci quales sunt IV, 103 *οἵ μὲν δὴ λέγουσι ὡς τὸ σῶμα ἀπὸ τοῦ κρημνοῦ ὠθέουσι κάτω, τὴν δὲ κεφαλὴν ἀνασταυροῦσι· οἵ δὲ κατὰ μὲν τὴν κεφαλὴν ὁμολογέουσι, τὸ μέντοι σῶμα οὐκ ὠθέεσθαι ἀπὸ τοῦ κρημνοῦ λέγουσι ἀλλὰ γῇ κρύπτεσθαι.* VII, 102 *ἔρχομαι δὲ λέξων ..... πρῶτα μὲν ὅτι οὐκ ἔστι ὅκως κοτὲ σοὺς δέξονται λόγους δουλοσύνην φέροντας τῇ Ἑλλάδι, αὖτις δὲ ὡς ἀντιώσονταί τοι ἐς μάχην καὶ ἢν οἵ ἄλλοι Ἕλληνες πάντες τὰ σὰ φρονέωσι.* His locis elegantiae orationis rationem haberi in constructione deligenda apertum est. Multis autem locis quam ob rem constructio usurpata delecta sit, perspici non potest. Quae cum ita sint, nescio an non possit cognosci eiusmodi inter has constructiones discrimen quod in omnes conveniat locos.

Semper fere *ὡς* primum sententiae pendentis locum tenet, bis tamen, II, 146 et III, 75, obiectum verbi pendentis ante *ὡς* positum est. Verbi pendentis obiectum regentis obiectum est factum I, 34 (*μιν* in enuntiatione secundaria repetito) et VII, 10 *ε*).

VII, 6 *ἔλεγε τόν τε Ἑλλήσποντον ὡς ζευχθῆναι χρεὸν εἴη ὑπ' ἀνδρὸς Πέρσεω,* subiectum infinitivi *ζευχθῆναι* ante *ὡς* positum est; cfr. I, 86; VII, 51. Sententiae secundariae subiectum in primariam sententiam tractum verbi regentis obiectum est factum locis his: I, 9, 163; III, 40, 61, 68; IV, 201; V, 86; VI, 29, 41; VII, 208; VIII, 8, 88, 112.

Cum obiecto quod in accusativo est, sententia quam *ὡς* introducit copulatur per *τε* — *καὶ* I, 45; II, 2; per *καὶ* I, 90; II, 102; III, 140.

Ex locis ubi duae vel plures sententiae ab eodem verbo pendent, nonnulli sunt quibus cum virtute, ut videtur, particula iteratur: I, 86; II, 116; III, 37, 61; VI, 9; VII, 2 (prior sententia *ὡς* habet, altera *ὅτι*), 102 (in priore sententia est *ὅτι*, in altera *ὡς*), 197, 208; VIII, 112; IX, 12 (prior sententia *ὅτι* habet, altera *ὡς*), 38, 90.

Non raro cum duae vel plures sententiae ad idem verbum regens pertinent, principio *ὡς* cum verbo finito usurpatur, deinde autem transitus ad accusativum cum infinitivo fit. Hic transitus invenitur a. ubi verbum vel verba finita in indicativo sunt 1) post tempus primarium I, 5, 70; II, 45, 123, 131, 175; III, 3; VI, 68; VII, 162, 165, 167, 220; VIII, 84, 118; 2) post tempus secundarium I, 2; II, 162; IV, 137; VII, 148, 226; VIII, 38, 108; IX, 90. b. ubi verbum vel verba finita in optativo sunt. II, 139; III, 34, 75, 87; IV, 145; V, 84; VII, 203; VIII, 61, 111; IX, 41, 82. Locos, exceptis VII, 148 et IX, 41, omnes invenias apud Cavallin p. 28. Immerito affert Cavallin VI, 69

τῇ δέ σευ μάλιστα κατάπτονται οἱ ἐχϑροί, λέγοντες ὡς αὐτὸς ὁ Ἀρίστων, ὅτε αὐτῷ σὺ ἠγγέλϑης γεγενημένος, πολλῶν ἀκουόντων οὐ φήσειέ σε ἑωυτοῦ εἶναι (τὸν χρόνον γάρ, τοὺς δέκα μῆνας, οὐδέκω ἐξήκειν), αἰδρείῃ τῶν τοιούτων κεῖνος τοῦτο ἀπέρριψε τὸ ἔπος; nam cum verba *τὸν χρόνον γάρ, τοὺς δέκα μῆνας, οὐδέπω ἐξήκειν* Aristoni sint attribuenda, non a *λέγοντες*, sed a *φήσειε* pendent.

Huius, si licet ita dicere, anacoluthi explicationes duas vidi. Sharpii est altera, quae est haec[1]): „Hanc inconstantiam potius inde ortam puto, quod Herodotus sententias artificiosas et longas ex norma ad finem perducere aspernabatur.“

Quae explicatio quam inepta sit, statim intellegas, si locos — qui plerumque neque artificiosi neque longi sunt — oculis percurras. Alteram offert Cavallin p. 27. „Quod ita fieri“, inquit, „non est quod miremur. Neque enim omnibus locis repeti potest particula explicativa, nisi — id quod molestius esset — repetito verbo, et si omitteretur particula, multis locis difficile esset videre orationem esse obliquam.“ Haec quamvis paucos in locos cadere videantur, tamen vera non sunt habenda. Nonne enim post tempus praeteritum optativus, quamvis particula non repetita, pariter atque infinitivus monstraret orationem esse obliquam? Praeterea locis non paucis, postquam oratio obliqua ad finem perducta est, *ταῦτα λέγουσι* vel aliquid simile addit Herodotus, sic clare indicans ubi ad orationem rectam redeat. Velim inspicias I, 5; II, 45, 123, 131; III, 34; IV, 137; VII, 148, 165, 167, 203, 220; VIII, 61, 108, 111; IX, 41. Itaque neque huic neque illi explicationi adsentiri possum. Me vero in rei ratione cognoscenda — nisi fortasse est in imitatione sermonis cottidiani, in quo talia anacolutha, ex neglegentia orta, sine dubio non rara fuerunt — non fuisse feliciorem confiteri debeo. Sed commemoratione tamen dignum est longe plurimis locorum quibus transitus fiat, infinitivi esse aliud subiectum ac verbi finiti cum eo copulati. Hoc neminem, quod sciam, non fefellit. Utrumque verbum idem subiectum habet his tantum locis: I, 5; III, 3, 34, 87; V, 84; VII, 165, 167.

De modis atque temporibus quibus Herodotus in oratione obliqua post *ὡς* utitur, nihil habeo quod addam iis quae Cavallin lucide atque accurate disputavit.

Sed ut conspectum usus modorum atque temporum his in sententiis apud Herodotum habeamus, tabulam feci hanc:

---

1) R. Sharp, De infinitivo Herodoteo. Lipsiae 1880. p. 23.

	Praes. ind.	Opt. pr. = ind. pr. o. r.	Imp. ind. = praes. ind. o. r.	Imp. ind. = imp. ind. o. r.	Opt. pr. = ind. imp. o. r	Ind. fut.	Opt. fut.	Ind. aor.	Opt. aor.	Perf. ind.	Opt. perf. = ind. perf. o. r.	Transitus ab ind. ad opt.	Transitus ab opt. ad ind.	Transitus ab ind. ad inf.	Transitus ab opt. ad inf.	Infinitivus.	Participium.
post temp. primar.	41			14		9		25		3				14		1	2
post temp. praeter.	27	86	4	8	1	33	2	16	19	8	15	10	3	8	11	1	

Hac ex tabula apparet post tempus praeteritum imperfecti futurique indicativum orationis rectae omnibus paene locis retineri; indicativum aoristi tam saepe fere retineri quam in optativum mutetur; praesentis perfectique indicativum multo saepius in optativum mutari quam retineatur.

Locorum qui in hoc caput referendi sunt Cavallin attulit plurimos; sed quoniam nonnullos omisit, aliorum et eorum non paucorum caput aut librum aut utrumque perperam indicavit, mihi omnes proferre non supervacaneum videtur. Locos ubi enuntiatio subiuncta a verbo regente ipso pendet, ab iis secernam quibus exponitur quid voce vel vocibus enuntiationis primariae, maxime obiecto, ut *τόδε*, *τάδε*, *λόγον*, simil., continetur.

Ad singulos locos notabo quae memoratu habeam digna.

ὡς sequitur

1. verba dicendi, nuntiandi, respondendi, simil.

λέγειν I 5 (quo loco particulae *ὡς* quidam vim attribuunt temporalem), 45, 70 (ter — primo loco *λέγουσι ὡς..... Σάμιοι ἀπελοίατο αὐτόν*, optativus in sententia subiecta de re praeterita usurpatur, quamvis verbum regens *λέγουσι* praeteriti significatione careat[1]). Exstat eadem constructio III, 87; VI, 69; IX, 82) — tertio loco *τάχα δὲ ἂν καὶ οἱ ἀποδόμενοι λέγοιεν ἀπικόμενοι ἐς Σπάρτην ὡς ἀπαιρεθείησαν ὑπὸ Σαμίων*, optativus *ἂν λέγοιεν* de re praeterita usurpatur[2]), qua re optativus *ἀπαιρεθείησαν* iure subsequitur, 82, 86, 89, 118, 120, 146; II, 2, 13, 102, 117, 121 *α*, 131, 139, 146, 150, 174, 175; III, 16,

---

1) Cfr. Cavallin, p. 24. Aliter iudicat Kuehner, l. l. p. 882. Statuit enim verbi *λέγουσι* esse significationem non solum praesentis sed etiam praeteriti („sowie jetzt, so auch von jeher"). At cum post praesens Strabo, Plutarchus, Lucianus, Pausanias optativum de re praeterita saepe ponant (cfr. Madvig, l. l. p. 143), non video cur ab Herodoto eadem licentia abiudicetur.

2) Cfr. Madvig, p. 157. Kuehner, p. 197—198. Cavallin, p. 12.

75, 89, 130; IV, 103, 105 *λέγονται γὰρ ὑπὸ Σκυθέων καὶ Ἑλλήνων τῶν ἐν τῇ Σκυθικῇ κατοικημένων ὡς κ. τ. λ.* Sententia subiecta conformata est perinde ac si constructio enuntiationis primariae esset impersonalis. Cfr. II, 174 *λέγεται δὲ ὁ Ἄμασις, καὶ ὅτε ἦν ἰδιώτης, ὡς κ. τ. λ.* — 118, 137, 145; V, 31, 82, 92δ, 124; VI, 3, 69; VII, 3, 6, 16α, 203, 220; VIII, 8, 19, 26, 38, 74, 98, 101, 108, 111, 112; IX, 2, 38, 44.

λέγειν τόδε II, 13; III, 108.

λέγειν τάδε IV, 68; V, 97; VI, 9; VII, 166; VIII, 94.

ἔλεγον οὐ πιστά IV, 42.

ἔλεγε ταὐτὰ τὰ καὶ ἐν τῇ Σπάρτῃ V, 97.

ἔλεγε πολλὰ καὶ παντοῖα IX, 90.

ἔλεγε οὐδὲν τῶν πρότερον λεχθέντων VIII, 60α. Hoc loco sententia ab *ὡς* proficiscens genetivum *τῶν πρότερον λεχθέντων* explanat.

ἔλεγον λόγον (= famam) VII, 197. Voci *λόγον* apponitur *τὰ περὶ τὸ ἱρὸν τοῦ Λαφυστίου Διός*, quod per sententiam ab *ὡς* proficiscentem planius explicatur.

τὸν λόγον οὐ λέγω IV, 36.

λέγοντες τὸν ἀληθέστατον τῶν λόγων VII, 233.

λέγουσι τόνδε τὸν λόγον II, 131.

λέξων τούσδε τοὺς λόγους VII, 102.

ταῦτα λέγεται VII, 152.

τάδε λέγεται I, 140; VII, 165; VIII, 84; IX, 82.

λέγεται λόγος VII, 189.

λέγεται δὲ καὶ ὅδε ὁ λόγος III, 3.

ἔστι ὅδε λόγος λεγόμενος VII, 167.

ἔστι ἄλλος λόγος λεγόμενος VII, 150.

ἔστι δὲ καὶ ἄλλος ὅδε λόγος λεγόμενος VIII, 118.

ἔστι δὲ ἕτερος λεγόμενος λόγος VII, 214.

ὁ δ' ἕτερος τῶν λόγων λέγεται IX, 74.

διξοὺς λόγους λεγομένους ἔχει, τὸν μὲν IX, 74.

ἀντιλέγω VIII, 77.

ἐπιλέγω II, 35; IV, 65.

τόνδε τὸν λόγον ἐπιλέγω II, 156; VII, 147; VIII, 49.

προλέγω IV, 125.

τὰ προλελεγμένα VI, 122. Hic verbum enuntiationis secundariae omissum est; sed totum caput, cum in codicibus desit melioribus, ut A B C d, quamquam in B d id in margine addidit manus secunda, fortasse cum Valckenaerio aliisque in interpolationibus est ducendum.

παλιλλογέειν I, 90.
λόγος ἀπῖκται I, 30.
ἐσκεδασμένου τοῦ λόγου IV, 14.
ὅ τε λόγος πολλὸς (sc. ἦν) VI, 68.
ἐγένετο λόγος VIII, 3.
τοῦδε τοῦ λόγου παρενθήκην ποιεέσκετο τήνδε VII, 5.
προΐσχεσθαι λόγον τόνδε VIII, 111.
δόντες σφίσι λόγον IV, 102; V 75.
φάτις ἀπίκετο I, 60.
φάτιν κατέβαλον I, 122.
διεξῆλθε φήμη IX, 17.
ἡ δὲ φήμη διῆλθέ σφι ὧδε IX, 100.
πρόφασιν προΐσχεσθαι IV, 165.
πρόφασιν ἔχειν VI, 133.
πρόσχημα ποιέεσθαι VII, 157.
ἐς λέσχην ἀπικέσθαι II, 32.
ὅδε ὁ μῦθος II, 45.
οὔνομα εἶχε VII, 138.
ἐρέω I, 5. εἴρηται II, 117. προερέω III, 61.
εἶπον III, 22, 32, 140; IV, 139; VII, 226; VIII, 68α, ubi infinitivus εἰπεῖν pro imperativo usurpatur.

εἶπα VI, 61. προεῖπα IX, 6. Particulam ὅτι, eo sententiae membro quod protasin vocant, interiecto, particula ὡς ante apodosin posita iterat (cf. pag. 16).

εἶπεν τοσόνδε I, 13.
εἶπον τόνδε τὸν λόγον II, 123.

εἶπε γνώμην IX, 5. Hoc exemplum cum Steinio et Cavallino huc refero, etsi commentatores quidam id ad ὡς comparativum commodius pertinere censent.

ἔπεα προΐσχεσθαι I, 164.

φημί I, 24; III, 155; τῷ λόγῳ φημί VI, 70. His tribus locis, ut Cavallin (p. 6) animadvertit, agitur de iis quae non vera sint. Restant duo ubi ex priore sententiarum inter se per μέν — δέ conexarum φασί ante ὡς in posteriore est intellegendum. III, 87 οἱ μὲν δή φασι τὸν Οἰβάρεα ταῦτα μηχανήσασθαι, οἱ δὲ τοιάδε (καὶ γὰρ ἐπ' ἀμφότερα λέγεται ὑπὸ Περσέων), ὡς τῆς ἵππου ταύτης τῶν ἄφθρων ἐπιψαύσας τῇ χειρὶ ἔχοι αὐτὴν κρύψας ἐν τῇσι ἀναξυρίσι. Sed hoc loco quoniam λέγεται paulo post sequitur, verisimile videtur scriptori in animo fuisse λέγουσι. (De optativo ἔχοι vide quae supra ad λέγουσι ὡς — ἀπελοίατο I, 70 scripsi).

III, 32 Ἕλληνες μὲν δὴ διὰ τοῦτο τὸ ἔπος φασὶ αὐτὴν ἀπολέσθαι ὑπὸ Καμβύσεω, Αἰγύπτιοι δὲ ὡς τραπέζῃ περικατημένων[1]) λαβοῦσαν θρίδακα τὴν γυναῖκα περιτῖλαι κ. τ. λ. Recte monet Cavallin (p. 6) hic quoque, cum verba complura interposita sint, aliud dicendi vocabulum ad ὡς posse audiri. Abnormis est infinitivus περιτῖλαι. Huiusmodi anacoluthi, si Cavallino (p. 31) credere licet, duo tantum alia exempla I, 207 (post ὅτι); IV, 179 (post ὡς), apud Herodotum occurrunt. De locis ubi post ὡς cum verbo finito usurpatum, transitus ad infinitivum fit, verba supra feci.

ἀγγέλλω II, 152; III, 30, 65.

ἀπαγγέλλω III, 64; IV, 153; V, 20; VIII, 143.

ἐξαγγέλλω VI, 63.

ἐπαγγέλλομαι (media, quam dicunt, significatione) III, 36; VI, 9.

ἦλθε ἀγγελίη I, 83; VI, 28; VIII, 14; IX, 15.

ἀγγελίη ἀπικομένη (a tempore praeterito pendens) VIII, 99.

αὐδάξασθαι II, 55.

ἀπηγέεσθαι II, 121α, 121ε; III, 51.

ἐξηγέεσθαι VII, 197; ὡς θύεταί τε ἐξηγέοντο στέμμασι πᾶς πυκασθεὶς καὶ ὡς σὺν πομπῇ ἐξαχθείς. Verbum regens est in sententia subiecta. Hoc de loco uberius disseruit Melander[2]), qui arbitratur nihil esse mutandum. 'Duplex enim', inquit, 'est huius loci anacoluthon, quum et illud ὡς, quod duobus membris commune esse debebat, repetatur, et illud θύεται, quod uni tantum membro scriptor tributurus erat ad alterum quoque valeat. Herodotus autem, opinor, ita scripturus erat, ὡς θύεταί τε ἐξηγέοντο στέμμασι πᾶς πυκασθεὶς καὶ σὺν πομπῇ ἐξάγεται. Quod si unum immiserimus anacoluthon, comprehensio sic conformabitur ὡς θύεταί τε στέμμασι πᾶς πυκασθεὶς καὶ ὡς σὺν πομπῇ ἐξάγεται, altero autem accedente codicum scripturam habebimus'. Vide etiam adnotationem Steinii.

ἀγορεύω III, 74, 156. ἀγορεύομαι IX, 26.

δικάζω I, 84.

γνώμην ἀποδέξασθαι III, 74, 160; VI, 43; IX, 58.

---

1) Pro περικατημένων scribit Stein ex coniectura παρακατημένων, quod verbum nusquam apud Herodotum legitur. Sed non opus est, me iudice, ut codicum lectionem mutemus. Etsi enim περικάτημαι saepius apud Herodotum 'obsidere' significat, tamen III, 14 eodem sensu quo hic adhibetur; et licet cum accusativo maximam partem construatur, nihil offensionis habet dativus. Cfr. περιϊστάναι, quod ipsum quoque quamquam vulgo cum accusativo, tamen nonnunquam cum dativo coniungitur, ut apud Platonem in legg. 947 B περιϊσταμένους τῇ κλίνῃ.

2) De anacoluthis Herodoteis. Lundae 1869. p. 40.

ἐπιμέμνημαι VI, 136. Ad accusativum *αἵρεσιν* additur per *ὡς* sententia qua narrantur res quae expugnationem comitatae sunt.

φράζω III, 27; V, 13; VI, 61, 137 (sententiae *ὅτι Ἑκαταῖος μὲν* ..... *ἔφησε* opponitur *ὡς δὲ αὐτοὶ Ἀθηναῖοι λέγουσι*). — IX, 12 (duarum sententiarum per *καί* conexarum prior *ὅτι* habet, altera *ὡς*. cf. p. 17).

ὑποκρίνομαι I, 2; II, 162; VII, 148; IX, 16.

ἀμείβομαι III, 34.

ἀναιρέω II, 139. *ἀπικέσθαι μαντήιον* II, 111. *ἐλθεῖν μαντήιον* II, 133. *ἦλθε χρησμός* II, 152. *ἐμποιέων ἐς τὰ Μουσαίου χρησμόν* VII, 6. *εἴδεεν λόγιον* IX, 42. *ἔστι λόγιον* IX, 42.

ἀναμνησθῆναι τῶν λογίων VIII, 141.

2. verba ostendendi, demonstrandi, simil.

δηλόω II, 116; III, 82; IV, 118; V, 78. *δηλόω λόγῳ* VIII, 61.

δῆλα (sc. *ἐστι*) VII, 162, si scripturam codicum accipimus. Mea autem sententia, corrigendus est locus sic: *οὗτος δὲ ὁ νόος τοῦ ῥήματος· δῆλα γὰρ ὅτι ἐθέλει λέγειν ὡς κ. τ. λ.* Neque enim *ἐν τῷ ἐνιαυτῷ εἶναι τὸ ἔαρ δοκιμώτατον* neque *τῆς τῶν Ἑλλήνων στρατιῆς τὴν στρατιὴν αὐτοῦ* est manifestum[1]). Non est autem dubium quin haec Gelon dicere voluerit. Coniectura mea eo commendatur quod quamvis post *λέγω* ab indicativo ad infinitivum saepe transeatur, nullum huius transitus exemplum post *δῆλα* invenitur. Praeterea potestne constructio, quae est accusativus cum infinitivo, post *δῆλα* accipi? Exemplum quidem quo defendi possit reperire non potui. Originem lectionis falsae explico sic: Pro verbis *ὅτι ἐθέλει λέγειν* in textu eius libri manu scripti unde originem duxit codex *Ω*, quem Stein omnium quibus usus est archetypum parentemque fuisse credit[2]), omissis, *ͦο* (= *ὅτι*)[3]) *ἐθέλει λέγειν* in margine vel, id quod probabilius est, supra lineam ascripta sunt; deinde pro iis librarius qui *Ω* scripsit *τὸ ἐθέλει λέγειν* in textu post *ῥήματος* falso posuit. Eum *ὡς* post *δῆλα* facile induxisse ut erraret, est, puto, apertum.

δῆλα ἔσεσθαι VI, 52. *δῆλα γέγονε* III, 35. *δῆλα ποιέειν* II, 102.

ἀποδείκνυμι V, 22 (bis). *ἀποδείκνυμαι* VI, 53.

διαδείκνυμι I, 31.

σημαίνω I, 34; VIII, 8, 138; IX, 33 (de VIII, 8 et 138 vide p. 14).

σημαίνω τὸν πάντα λόγον IV, 179. De infinitivo post *ὡς*

1) Cfr. adnotationem Steinii.

2) Vide praefationis ad ed. crit. p. XXI.

3) Cfr. Blass, Griech. Palaeographie. Tab. III in Handbuch der classischen Alterthumswissenschaft. Band I. Nördlingen 1885.

vide quae ad III, 32 (*φασὶ* vel aliud dicendi verbum *ὡς* — *περιτῖλαι*) scripsi.

ἀποφαίνω λόγῳ V, 84.[1])

προφαίνω I, 210.

καταφανὲς τοῦτο ποιέειν II, 120.

τεκμήριον γίνεται II, 104.

μαρτύριον παρέχεσθαι II, 22. *μαρτύριον εἶναι* V, 92 *η*.

καταμηνύω VI, 29. *κατηγορέω* III, 115.

3. verba docendi, persuadendi, minandi, simil.

ἀναδιδάσκω IV, 95.

πείθω IX, 53. *ἀναπείθω* I, 123; VI, 23.

ἀναγινώσκω III, 61.

θαρσύνω II, 141.

συντίθεσθαι VI, 84.

διαπειλέω II, 121 *γ*.

4. verba accusandi, exprobrandi, simil.

διαβάλλω VI, 46; VIII, 90.

αἰτίην ἐπιφέρειν IV, 166.

ἐλέγχω IV, 68.

μέμφομαι II, 169.

Post *προφέρειν* (= exprobrare) ea quae exprobrantur accusativo generatim indicata per sententiam subiectam accuratius definiuntur: I, 3; VIII, 125.

5. verba cogitandi simil.

ἐπιλέγομαι I, 86; V, 30.

ἐς θυμὸν βάλεν VII, 51. *καὶ τόδε ἐς θυμὸν βάλεν* VIII, 68 *γ*.

φροντίζω VIII, 100.

ἐσῆλθε cum dativo I, 86; cum acc. VIII, 137.

ἐπίσταμαι I, 122; VII, 218; VIII, 10, 97.

ὑποπτεύω III, 68.

κατὰ τοιόνδε τι εἰκάζων I, 68. *εἰκάζων τῇδε* IV, 132.

νομίζω II, 1. Hic *ὡς* cum participio coniungitur.[2]) *ὡς* ad praedicativum participium additum — quae constructio raro et maximam

---

1) *ὡς* quod post *τοσόνδε ἀπέφαινον* IV, 81 codices A B C d praebent, omittunt recte Stein, Baehr, Krueger, alii.

2) Sic Cavallin p. 68. Heikel, De participiorum apud Herodotum usu. Helsingforsiae 1884. p. 132. Matthiae, Griech. Grammatik. 3. Aufl. Leipzig 1835. p. 1323. Contra Lange, (Der homerische Gebrauch der Partikel *εἰ*. p. 241[55]) *ὡς* pro *ὡς* comparativo habet.

partem apud poetas occurrit[1]) — uno tantum alio loco Herodoteo (I, 91) invenitur.

6. verba sperandi, exspectandi.
ἐλπίζω VII, 157.
προσδέκομαι IX, 48.

7. verba sentiendi, intellegendi, simil.
ὁράω VII, 10ε (bis), 135; VIII, 88.
ἀκούω VII, 35, 208. ὡς quod inter ἀκηκοὼς et ὅτι VII, 238 codices ABCd praebent, recte monet Schweighaeuser[2]) haud dubie natum esse ex terminatione vocis praecedentis temere repetita.
ἀκούω τάδε IX, 16, 95. τὸν λόγον ἀκούω II, 112. τινὰ ἤκουσα λόγον ἄλλον λεγόμενον IV, 77.
πυνθάνομαι I, 96, 163; II, 13; III, 140, 154; V, 86, 121; VI, 41, 135; VII, 196, 226; VIII, 57, 112. πυθάνομαι τὸν πάντα λόγον (= rem totam) I, 111. πυνθάνομαι τὸν λόγον (= famam) VII, 191.
μανθάνω I, 79, 87, 167; III, 32, 52, 61, 64, 148; IV, 3, 201; VI, 69; VII, 9γ, 148. ἐκεῖνο μάθε I, 207. τὸν λόγον μαθόντες VI, 2. Fortasse dignum est quod commemoretur omnibus his locis verbi μανθάνω tantum formas aoristi adhiberi.
ἐξέμαθε III, 119.
οἶδα[3]) III, 69, 71. Hic ὅτι per ὡς post interpositam protasin iteratur. Cf. eandem constructionem post προεῖπα IX, 6. — IV, 155; V, 105; VI, 17.
γνῶναι (nam formae nisi aoristi non occurrunt) IV, 136; VI, 69; VII, 3, 194; VIII, 3.
ἡ μὲν Ἀρταβάζου γνώμη (sc. ἦν) IX, 41. τήνδε ἔχω γνώμην II, 27. τὴν μὲν γὰρ δὴ τοῦ δήμου φέρειν γνώμην IV, 11.
ἐπίσταμαι II, 152, 173; III, 40; V, 92δ; VI, 13; VII, 18, 161; VIII, 142.
τοῦτο ἐπίσταμαι I, 91. Sequitur ὡς cum participio constructum. Cf. quae ad νομίζω ὡς cum participio II, 1 scripsi.
ἐξεπίσταμαι III, 146; VI, 86α. τόδ' ἐξεπίσταμαι VII, 39.

---

1) Vide Madvig l. l. § 178. Anm. 3.
2) Lex. Herod. s. ὡς VI.
3) ὡς post οἶδα verbaque similia iis potissimum locis statuit Madvig (§ 178. Anm. 5) usurpari, ubi enuntiatio primaria negativa sit. At hoc in exempla Herodotea non cadit. Nam ne uno quidem loco, ubi ὡς sive post οἶδα sive post verba similia exstat, negativum est verbum regens. Est tamen addendum omnia ab οἶδα pendentia exempla tempus habere futurum.

νόῳ λαβεῖν III, 41, 143; V, 91; VIII, 19. *νόῳ ἴσχειν* V, 92η.
ταύτῃ ταῦτα ἐλάμβανον VII, 142.
σταθμώσασθαι III, 38.

8. alia verba.

φοβέομαι I, 9. *μὴ φοβεῦ μήτε ἐμέ, ὡς σέο πειρώμενος λέγω λόγον τόνδε, μήτε γυναῖκα τὴν ἐμήν, μή τί τοι ἐξ αὐτῆς γένηται βλάβος.* In priore sententia habet *φοβεῦ* vim non solum verbi timendi, sed etiam verbi putandi — quare *ὡς* usurpatur[1]) — in posteriore autem nihil aliud quam timere significat.

ἐς διάπειραν τούτου ἀπικέσθαι (= experimento cognovisse hoc. Schweighaeuser) II, 28.

παραιτέομαι IV, 158. Schweighaeuser (Lexicon Herodoteum s. voce) notat: 'ad verbum *παραιτησάμενοι* subintellegitur *καὶ λέγοντες* aut aliquid in eandem sententiam.'

Postremo afferendus est locus II, 116. *δῆλον δὲ κατά περ ἐποίησε ἐν Ἰλιάδι πλάνην τὴν Ἀλεξάνδρου, ὡς ἀπηνείχθη ἄγων Ἑλένην τῇ τε δὴ ἄλλῃ πλαζόμενος καὶ ὡς ἐς Σιδῶνα τῆς Φοινίκης ἀφίκετο.*

Caput VI.

ὡς Finale.

Finale *ὡς* generis comparativi esse quamvis Naumann[2]) perspicue elucere affirmet, tamen mihi quidem nihil clarius videtur quam ex *ὡς* relativo profluxisse. Si autem hac de re dubites, legas quaero quae de huiusmodi sententiarum origine Delbrueck[3]) scripsit. Et compares sanscr. yátha, lat. quo, got. þêei, þatei (þei), germ. damit, quo Luther non utitur nisi eodem sensu ac 'mit welchem'.[4])

Cum tempus verbi regentis primarium est, *ὡς* semper cum coniunctivo construitur; sed si sententia finalis a verbo praeterito pendet, invenitur post *ὡς* modo coniunctivus, modo optativus. Quid inter hos modos in sententia finali post tempus praeteritum positos inter-

---

1) Cfr. Kuehner, p. 1044 C. Madvig § 124 b. Anm. 2. Goodwin, Greek Moods and Tenses. Sixth Edition. Boston 1875. p. 85. Note 6 (a).

2) l. l. p. 32.

3) Conjunctiv und Optativ p. 60.

4) Cfr. K. F. Becker, Ausführliche deutsche Grammatik. Zweite Abtheilung. Frankfurt a. Main 1837. p. 273.

sit, recte, puto, definiunt grammatici[1]) ita, ut statuant cum coniunctivus usurpetur, vividiorem fieri narrationem.

Semel habemus coniunctivum cum optativo copulatum: I, 185 *ἐποίεε δὲ ἀμφότερα ταῦτα .... ὡς ὅ τε ποταμὸς βραδύτερος εἴη περὶ καμπὰς πολλὰς ἀγνύμενος, καὶ οἱ πλόοι ἔωσι σκολιοὶ ἐς τὴν Βαβυλῶνα, ἔκ τε τῶν πλόων ἐκδέκηται περίοδος τῆς λίμνης μακρή.* Sed cum in sententiis ultimis maius momentum, ni fallor, positum sit, non est cur miremur transitum in coniunctivum, qui, ut dixi, vividior est quam optativus, fieri.

His in sententiis non obvia sunt apud Herodotum tempora praeter praesens et aoristum, quae inter se eo differunt, quod si actio ipsa premenda est, aoristus usurpatur, si spatium actionis, praesens.[2]) Tamen non est neglegendum verborum, quorum aoristus nunquam vel raro invenitur, praesens simili munere atque aoristum verborum aliorum fungi.

ὡς particulae particula *ἄν* saepe additur, quae cum additur, semper statim post *ὡς* ponitur. Sunt qui *ὡς ἄν* ab *ὡς* eo differre putent quod, ut verbis Godofredi Hermann[3]) utar, si desit *ἄν*, simpliciter enuntietur consilium, si adiciatur, aliquid fortuiti accedat. Licet pro hac opinione proferri posse videatur I, 152 *ὁ δὲ πορφύρεόν τε εἷμα περιβαλόμενος, ὡς ἂν πυνθανόμενοι πλεῖστοι συνέλθοιεν Σπαρτιητέων, καὶ καταστὰς ἔλεγε πολλά*, tamen si res ita se haberet, difficile esset statuere cur *ἄν* non addita sit I, 46 *διέπεμπε δὲ πειρώμενος τῶν μαντηίων ὅτι φρονέοιεν, ὡς, εἰ φρονέοντα τὴν ἀληθείην εὑρεθείη, ἐπείρηταί σφεα δεύτερα*, et IX, 104 *Μιλησίοισι δὲ προσετέτακτο μὲν τῶν Περσέων τὰς διόδους τηρέειν σωτηρίης εἵνεκά σφι, ὡς, ἢν ἄρα σφέας καταλαμβάνῃ οἷά περ κατέλαβε, ἔχοντες ἡγεμόνας σώζωνται ἐς τὰς κορυφὰς τῆς Μυκάλης*, quibus locis solis apud Herodotum exprimitur condicio cui sententia finalis subicitur.

Neque possum sentire in VIII, 7 *τῶν νεῶν ἁπασέων ἀποκρίναντες διηκοσίας περιέπεμπον ἔξωθεν Σκιάθου, ὡς ἂν μὴ ὀφθείησαν*[4])

---

1) Cfr. Goodwin, l. l. p. 71. Note 1. Kühner, p. 897 c. Madvig, p. 146 b.

2) Cfr. Curtius, Griech. Grammatik. 15. Auflage. Leipzig 1882. § 495. Anm. Goodwin, p. 8. Kühner, p. 156. Madvig, § 128 et § 134 c.

3) Opusc. IV, p. 120. Ne autem iniquus sim, non dissimulandum est eum p. 121 addere: 'Saepe non multum interest addaturne *ἄν* an omittatur.' In eadem opinione qua Hermann sunt Kühner (cfr. p. 900, 5) et Curtius (vide Schulgrammatik § 531. Anm.). Contra Madvig (cfr. p. 130²) dicit: „Bei *ὡς* und *ὅπως* bewirkt *ἄν* keine bemerkbare Veränderung." Cum Madvigio consentit Goodwin, p. 68. Note 2 et p. 69. Note 3.

4) Pro *ὀφθείησαν* codicum A B C d legitur in codicibus reliquis *ὀφθέωσι*, quod editores nonnulli accipiunt. Quamvis nihil sit unde utra lectio sit verior

ὑπὸ τῶν πολεμίων περιπλέουσαι Εὔβοιαν inesse fortuiti plus quam in VIII, 76 *ἐποίευν δὲ σιγῇ ταῦτα, ὡς μὴ πυνθανοίατο οἱ ἐναντίοι*; neque in I, 5 (sc. *λέγουσι*) *αὐτὴν τοῖσι Φοίνιξι συνεκπλῶσαι, ὡς ἂν μὴ κατάδηλος γένηται* quam in IV, 97 *καὶ τάδε λέγειν φαίη τις ἄν με ἐμεωυτοῦ εἵνεκεν, ὡς καταμένω.*

Quo modo factum sit ut *ἄν* in sententiis finalibus usurparetur, atque quid principio inter *ὡς* et *ὡς ἄν* interfuerit, optime, me iudice, exponit Weber[1]), cuius verba sunt digna quae laudentur. „Wenn wir“, inquit, „einen Satz haben in dem das efficiens noch nicht bestimmt ist, wenn der Satz ein unvollständiger Finalsatz ist, z. B. Hom. Il. Δ 66, so ist das Indefinitum[2]) am Platze, 'wie nur immer', 'dafs auf irgend eine Weise'. Also die unvollständigen Absichtssätze sind es, die *ὡς ἄν* erzeugt haben. Da sich die unvollständigen Absichtssätze von den vollständigen nur durch die Natur des im regierenden Satze stehenden Verbums unterscheiden, so ist klar wie leicht eine Vermischung beider Satzarten eintreten kann in der Weise, dafs sich die Eigenschaften der einen Satzart auf die andere übertragen. Das Bedürfnis, das Indefinite in diesen Sätzen zur Geltung zu bringen, führte ja auch auf die Bildung von *ὅπως*. *ὅπως* ist dem Wesen nach *ὥς κεν*. Allein da die Sprache immer nach stärkeren Mitteln greift, wird auch *ὅπως* mit *κεν* verbunden.“

Cum sententia, quae consilium indicat, ab tempore primario dependet, constructiones invenimus hasce:

a) *ὡς* cum coni. praesentis IV, 97, 187.

b) *ὡς* cum coni. aoristi I, 1, 159; III, 140; V, 20; IX, 111. Semel coniunctivus aoristi cum coniunctivo praesentis, sed verbi substantivi, copulatur I, 155.

c) *ὡς ἄν* cum coni. aoristi I, 11, 36.

Post tempus praeteritum occurrit:

a) *ὡς* cum coni. praesentis I, 46; VI, 49; IX, 104.

---

diiudicari possit, tamen cum codicibus A B C fides maior, mea sententia, tribuenda sit, *ὀφθείησαν* cum Steinio praefero. Conferas *ὡς μὴ πυνθανοίατο* VIII, 76 et *ὡς ἂν μὴ ἴδοίατο* IX, 51, qui loci huic simillimi sunt.

1) Phil. Weber, Entwickelungsgeschichte der Absichtssätze. 1. Abtheilung. p. 40 (= Schanz' Beiträge z. hist. Syntax der griech. Sprache. II, 1. Würzburg 1884).

2) Cfr. verba Langii (Der homerische Gebrauch der Partikel *εἰ*, p. 176[252]): „Ohnehin sind *κεν* und *ἄν* in ihrem Gesammtgebrauche, namentlich in den Sätzen, die nicht Nachsätze von Bedingungssätzen sind, nur als indefinite Partikeln zu begreifen.“

b) ὡς cum opt. praesentis VIII, 76. Coniunctivus praesentis cum optativo praesentis copulatur I, 185 (vide supra pag. 27.)

c) ὡς cum opt. aoristi V, 33; VIII, 16; IX, 51.

d) ὡς ἄν cum coni. praes. IX, 7.

e) ὡς ἄν cum opt. praes. V, 37.

f) ὡς ἄν cum coni. aoristi I, 5, 24.

g) ὡς ἄν cum opt. aor. I, 152; VII, 176; VIII, 7; IX, 22.

IX, 51 copulatur cum opt. aoristi post ὡς ἄν optativus praesentis, ut videtur, quod notio praesentis premitur.

ὡς ab verbo vocabulis compluribus interpositis separatum particula ἵνα recipit VIII, 76 ἐς δὲ τὴν νησῖδα τὴν Ψυττάλειαν καλεομένην ἀπεβίβαζον τῶν Περσέων τῶνδε εἵνεκεν, ὡς ἐπεὰν γίνηται ναυμαχίη, ἐνθαῦτα μάλιστα ἐξοισομένων τῶν τε ἀνδρῶν καὶ τῶν ναυηγίων (ἐν γὰρ δὴ πόρῳ τῆς ναυμαχίης τῆς μελλούσης ἔσεσθαι ἔκειτο ἡ νῆσος), ἵνα τοὺς μὲν περιποιέωσι, τοὺς δὲ διαφθείρωσι.

Exemplorum laudatorum negativa sunt I, 1, 5, 11, 155, 159; III, 140; IV, 187; VIII, 76. Memoratu dignum est omnibus his locis, exceptis tantum IV, 187 et VIII, 76, ubi praesens usurpatur — propterea, ut videtur, quia eius notioni vis tribuitur — verbum formam aoristi habere. Duae sententiae negativae copulantur per μήτε — μήτε I, 1, 155; per καί, μή non repetito, IX, 51.

Quod ad sententiae finalis collocationem attinet, observandum est ei sententiam primariam semper antecedere.

In II, 99 Stein ῥέει codicum in ῥέῃ corrigens legit: ἔτι δὲ καὶ νῦν ὑπὸ Περσέων ὁ ἀγκὼν οὗτος τοῦ Νείλου ὡς ἀπεργμένος ῥέῃ ἐν φυλακῇσι μεγάλῃσι ἔχεται. At ceteri, quod sciam, editores probarunt codicis d scripturam: ὃς ἀπεργμένος ῥέει. Lectioni Steinii hanc antefero, primum, quod sensus, quem praebet, magis placet; nam cum in dubio esse non possit cur flumen magna cum cura custodierint, prorsus inane esset ὡς ἀπεργμένος ῥέῃ: deinde, quod sententia finalis primariae sententiae nunquam inseritur, sed eam semper, ut supra dixi, sequitur.

Loci sequentes ab verbis curandi, efficiendi simil. pendentes, licet ad usum relativum proprie pertineant[1]), hic afferuntur quod notionem consilii continent: III, 84 οἱ δὲ λοιποὶ τῶν ἑπτὰ ἐβουλεύοντο ὡς βασιλέα δικαιότατα στήσονται. III, 159 ὡς δ' ἕξουσι γυναῖκας οἱ Βαβυλώνιοι ἵνα σφι γενεὴ ὑπογίνηται, τάδε Δαρεῖος προϊδὼν ἐποίησε — VII, 161 ὡς δὲ στρατηγήσεις αὐτῆς γλίχεαι. — Particulam

1) Cfr. Curtius, Erläuterungen. p. 195—196.

ὅκως, sententia temporali interiecta, iterat ὡς I, 209 *ποίεε ὅκως, ἐπεὰν ἐγὼ τάδε καταστρεψάμενος ἔλθω ἐκεῖ, ὥς μοι καταστήσεις τον παῖδα ἐς ἔλεγχον*. His locis futurum indicativi invenitur. Similiter autem usurpatur coniunctivus aoristi, ad ὡς particula ἄν addita, III, 85 *μηχανῶ ὡς ἂν ἡμεῖς σχῶμεν τοῦτο τὸ γέρας καὶ μὴ ἄλλος τις*.

Caput VII.

ὡς Comparativum.

ὡς comparativum dicimus ὡς relativum quo alterum comparationis membrum introducitur. Proprie alio nomine ac relativo non eget, sed iuvat suum cuique colori nomen tribui. Exempla quae huc referenda sunt, apte ad rationem quam cum sententia primaria habent, in tres classes distribuo.

1. Per comparationem modus praedicati sententiae primariae definitur; vel aliis verbis ut dicam: Sententia relativa modum indicat quocum modus praedicati sententiae primariae convenire vel adfirmatur vel negatur.

a) sententia relativa integra est:

I, 29. *ἀπικνέονται ἄλλοι τε οἱ πάντες ἐκ τῆς Ἑλλάδος σοφισταί, ὡς ἕκαστος αὐτῶν ἀπικνέοιτο*[1]).

95. *ὡς ὧν Περσέων μετεξέτεροι λέγουσι, κατὰ ταῦτα γράψω*. Ex locis ubi sententia relativa integra est, hoc tantum et VII, 14 sententia relativa primariam sententiam praecedit, et utroque loco in sententia primaria demonstrativum relativo respondens invenitur. Nullo alio quem sub 1 pono loco nisi II, 30; IV, 139; VIII, 68α) demonstrativum in sententia primaria reperio.

140. *καὶ ἀμφὶ μὲν τῷ νόμῳ τούτῳ ἐχέτω ὡς καὶ ἀρχὴν ἐνομίσθη*.

II, 28. *ταῦτα μέν νυν ἔστω ὡς ἔστι τε καὶ ὡς ἀρχὴν ἐγένετο*.

30. *ἔτι δὲ ἐπ' ἐμεῦ καὶ Περσέων κατὰ ταὐτὰ αἱ φυλακαὶ ἔχουσι ὡς καὶ ἐπὶ Ψαμμητίχου ἦσαν*.

36. *τὰ αἰδοῖα ὧλλοι μὲν ἐῶσι ὡς ἐγένοντο*.

138. *τοῦ δ' ἱροῦ οὐ κεκινημένου ὡς ἀρχῆθεν ἐποιήθη*. Stein notat: „als stände statt des negativen *οὐ κεκινημένου* das positive *κατὰ χώρην ἑστεῶτος* (I, 17)".

---

1) De optativo vide Kühner, p. 992. cfr. etiam Stein ad locum.

III, 12. *ἐκέετο τὰ ὀστέα ὡς ἐχωρίσθη κατ' ἀρχάς.*

109. *εἰ ἐγίνοντο ὡς ἡ φύσις αὐτοῖσι ὑπάρχει.*

IV, 32. *ἔλεγον γὰρ ἂν καὶ Σκύθαι, ὡς περὶ τῶν μουνοφθάλμων λέγουσι.*

134. *ἐκκαύσαντος τὰ πυρὰ ὡς ἐώθαμεν καὶ ἄλλοτε ποιέειν.*

VI, 42. *οἳ ..... διατελέουσι ἔχοντες ..... ὡς ἐτάχθησαν ἐξ Ἀρταφρένεος.*

111. *ἐξεδέκοντο ὡς ἀριθμέοντο αἱ φυλαὶ ἐχόμεναι ἀλληλέων.*

VII, 14. *ὡς καὶ μέγας καὶ πολλὸς ἐγένεο ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ, οὕτω καὶ ταπεινὸς ὀπίσω κατὰ τάχος ἔσεαι.*

VIII, 21. *ἐκομίζοντο δὲ ὡς ἕκαστοι ἐτάχθησαν.*

67. *καὶ ἵζοντο ὥς σφι βασιλεὺς ἑκάστῳ τιμὴν ἐδεδώκεε.*

107. *ἀπῆγον ..... ὡς τάχεος εἶχε ἕκαστος.*

IX, 49. *τοῖσι δὲ ἄλλοισι Ἕλλησι ἡ μὲν κρήνη πρόσω ἐγίνετο, ὡς ἕκαστοι ἔτυχον τεταγμένοι.*

59. *καὶ ἐδίωκον ὡς ποδῶν ἕκαστοι εἶχον.*

Huc pertinet *ὡς* cum verbo *ἔχω*: I, 24, 61, 114, 123; III, 155; V, 64; VI, 17; VIII, 62, quibus omnibus locis, excepto tantum I, 123, valet, 'e vestigio'. Haec significatio augetur addito *εὐθύς* V, 64; *ἰθέως* VI, 17. Conferas quae Classen de *ὥσπερ εἶχεν* notat ad Thuc. I, 134, 3.

Hic iure pono IV, 99 *καὶ παραπλήσια ταύτῃ καὶ οἱ Ταῦροι νέμονται τῆς Σκυθικῆς, ὡς εἰ τῆς Ἀττικῆς ἄλλο ἔθνος καὶ μὴ Ἀθηναῖοι νεμοίατο τὸν γουνὸν τὸν Σουνιακόν .... ὡς εἰ τῆς Ἰηπυγίης ἄλλο ἔθνος καὶ μὴ Ἰήπυγες ἀρξάμενοι ἐκ Βρεντεσίου λιμένος ἀποταμοίατο μέχρι Τάραντος καὶ νεμοίατο τὴν ἄκρην*; si enim pro *εἰ νεμοίατο* legeretur *νέμονται*, esset hoc solum discrimen, quod sermo non, ut nunc, de re ficta sed de re in facto posita esset. Hoc loco perspicuitatis gratia similitudo usurpatur. Alia eiusdem figurae exempla sunt I, 155, 191; III, 23; VII, 162.

b) Sententia relativa verbum habet, ad quod ex sententia primaria cogitatione supplendus sit infinitivus:

I, 16 *ἀπὸ μέν νυν τούτων οὐκ ὡς ἤθελε ἀπήλλαξε.*

I, 30. *θεησάμενον δέ μιν τὰ πάντα καὶ σκεψάμενον ὥς οἱ κατὰ καιρὸν ἦν.*

45. *Κροῖσος μέν νυν ἔθαψε, ὡς οἰκὸς ἦν, τὸν ἑωυτοῦ παῖδα.*

79. *βουλευόμενος εὕρισκε πρῆγμά οἱ εἶναι ἐλαύνειν ὡς δύναιτο τάχιστα ἐπὶ τὰς Σάρδις.*

79. *οἱ παρὰ δόξαν ἔσχε τὰ πρήγματα ἢ ὡς αὐτὸς κατεδόκεε.* Sententia relativa abundare videtur. Eandem constructionem invenimus

VIII, 4 *ἐπεὶ αὐτοῖσι παρὰ δόξαν τὰ πρήγματα τῶν βαρβάρων ἀπέβαινε ἢ ὡς κατεδόκεον.*

II, 11. *ἔστι δὲ .... κόλπος θαλάσσης ..... μακρὸς οὕτω δή τι καὶ στεινὸς ὡς ἔρχομαι φράσων.*

140. *ὅκως γάρ οἱ φοιτᾶν σῖτον ἄγοντας Αἰγυπτίων ὡς ἑκάστοισι προστετάχθαι*[1]).

IV, 139. *τίσασθαι οὕτω ὡς κείνους πρέπει.*

V, 12. *σκευάσαντες τὴν ἀδελφεὴν ὡς εἶχον ἄριστα.*

49. *κατοίκηνται δὲ ἀλλήλων ἐχόμενοι ὡς ἐγὼ φράσω.*

VI, 38. *καὶ οἱ τελευτήσαντι Χερσονησῖται θύουσι ὡς νόμος οἰκιστῇ.*

107. *πταρεῖν τε καὶ βῆξαι μεζόνως ἢ ὡς ἐώθεε.*

139. *κλίνην στρώσαντες ὡς εἶχον κάλλιστα.*

VII, 47. *ὄψις μὲν ἡ ἐπιφανεῖσα τοῦ ὀνείρου, ὡς βουλόμεθα ἀμφότεροι, τελευτήσειε.*

60. *καὶ συννάξαντες ταύτην ὡς μάλιστα εἶχον περιέγραψαν ἔξωθεν κύκλον.*

88. *τὸν δὲ ἵππον αὐτίκα κατ' ἀρχὰς ἐποίησαν ὡς ἐκέλευε.*

VIII, 68 α. *ἀπήλλαξαν οὕτω ὡς κείνους ἔπρεπε.*

IX, 70. *ἀναβάντες δὲ ἐφράξαντο ὡς ἠδυνέατο ἄριστα τὸ τεῖχος.*

Constructiones *ὡς ποδῶν εἶχον* (IX, 59) et *ὡς εἶχον τάχιστα* (cfr. V, 12, vel VI, 139) in unum confusae sunt in *ὡς ποδῶν εἶχον τάχιστα* VI, 116.

c) Verbum sententiae relativae, cum ex sententia primaria facile intellegi possit, non exprimitur. Locis huc referendis est sane brevitas dicendi, sed nulla ellipsis; nam breviloquentia, ut Hermann docet (opusc. I, p. 152), eo ab ellipsi differt, quod in breviloquentia e praecedentibus vel sequentibus verbis aliquid intellegendum est, in ellipsi autem id, quod intellegi debet, nusquam dicitur.

I, 2. *οὕτω μὲν Ἰοῦν ἐς Αἴγυπτον ἀπικέσθαι λέγουσι Πέρσαι, οὐκ ὡς Ἕλληνες.*

178. *ἐκεκόσμητο δὲ ὡς οὐδὲν ἄλλο πόλισμα τῶν ἡμεῖς ἴδμεν.*

191. *ἔλαβον ἂν σφεας ὡς ἐν κύρτῃ.*

III, 23. *ὄζειν δὲ ἀπ' αὐτῆς ὡς εἰ ἴων.* Particula *εἰ* ex loquendi consuetudine Herodoti et omnium scriptorum Graecorum praeter Ho-

---

1) De infinitivo vide Cavallin, l. l. p. 85 et seqq., ubi 'de infinitivis in enuntiationibus orationis obliquae secundariis' copiose disputatur.

merum redundat[1]). Cfr. *ὡς ἐν κύρτῃ* I, 191. *ὡς ἀπὸ τόρνου* IV, 36, similia.

III, 43. *ἵνα μὴ . . . . . . ἀλγήσειε τὴν ψυχὴν ὡς περὶ ξείνου ἀνδρός.*

156. *ἐπιστρεφόμενος ὡς δὴ ἀληθέως αὐτόμολος.*

IV, 36. *πέριξ τὴν γῆν ἐοῦσαν κυκλοτερέα ὡς ἀπὸ τόρνου.*

V, 92γ. *αἱ μὲν δὴ ὡς ἐς ὁρτὴν ἤισαν κόσμῳ τῷ καλλίστῳ χρεώμεναι.*

ὡς quod codices P R et editio Aldina in *ὁμοίως ὡς καὶ* VII, 15 et 100 praebent, sine dubio ex terminatione vocis praecedentis repetita natum est. Cfr. VII, 115.

VII, 16γ. *φανήτω γὰρ δὴ καὶ ἐμοί, ὡς καὶ σοί.*

94 et 95 (bis) *ἐσκευασμένοι ὡς Ἕλληνες.*

95. *ὡπλισμένοι ὡς Ἕλληνες.*

100. *ἐξοπλίσαντες τοὺς ἐπιβάτας ὡς ἐς πόλεμον.*

189. *καὶ διαφθεῖραι τῶν βαρβάρων τὰς νέας, ὡς καὶ πρότερον περὶ Ἄθων.*

218. *διέτασσε τοὺς Πέρσας ὡς ἐς μάχην.*

VIII, 8. *ἀλλ' οὐ γάρ οἱ παρέσχε ὡς τότε.*

65. *ἰδεῖν δὲ κονιορτὸν χωρέοντα ἀπ' Ἐλευσῖνος ὡς ἀνδρῶν μάλιστά κῃ τρισμυρίων.*

IX, 29. *τούτων πᾶς τις παρήρτητο ὡς ἐς πόλεμον.*

66. *ταῦτα παραγγείλας ὡς ἐς μάχην ἦγε δῆθεν τὸν στρατόν.*

Exercitum autem in proelium non ductum esse particula *δῆθεν* indicatur.

His locis adnumeranda est locutio *ὡς ἕκαστος* I, 114; VI, 31, 79, cuius explicationem exemplum I, 29 sub a) allatum praebet[2]).

Huc pertinet etiam I, 155 *ὁμοίως γάρ μοι νῦν γε φαίνομαι πεποιηκέναι ὡς εἴ τις πατέρα ἀποκτείνας τῶν παίδων αὐτοῦ φείσαιτο.*

Eodem referendi sunt ii quoque loci ubi *ὡς* comparativum cum participio coniungitur, quos locos non aliter interpretamur quam si pro participio *εἰ* cum verbo finito legeretur. Sed participium post *ὡς* comparativum non idem atque *εἰ* cum verbo finito valere, particula negativa adhibita ostenditur. Nam cum *ὡς* comparativum participium sequitur, negativum est *οὐ* (cfr. II, 121δ; VI, 1, 39; VII, 14); cum *εἰ* cum verbo finito, *μή* (cfr. IV, 99 sub a).

---

1) Vide quae hac de re Lange (Homer. Gebrauch der Partikel *εἰ*. p. 223) scripsit.

2) Cfr. Schweighaeuser, Lex. Her. sub *ἕκαστος* 3). Matthiae, Griech. Grammatik. II. 3. Aufl. p. 1510. Kühner, § 555. Anm. 15. p. 921. Wisén, De vi et usu particulae *ὡς* apud Thucydidem p. 17.

Fortasse commemoratione dignum est particulae *ως* cum participio ad comparationem exprimendam constructae Homerum particulam *εἰ* semper fere addere. Cfr. Lange, Homer. Gebrauch, pag. 240.

α) Participium ad sententiae primariae subiectum spectat.

I, 59. *ἤλασε ἐς τὴν ἀγορὴν τὸ ζεῦγος ὡς ἐκπεφευγὼς τοὺς ἐχθρούς.* Pisistratum re vera ex hostium manibus non elapsum esse, participio non indicatur, sed tantum ex contextu colligitur. Similiter ceteris quoque locis huc relatis ex contextu est cognoscendum, utrum participium rem veram an fictam exprimat[1]).

I, 140. *τάδε μέντοι ὡς κρυπτόμενα λέγεται.*

II, 121 *δ*. *τὴν κεφαλήν μιν κόπτεσθαι μεγάλα βοῶντα ὡς οὐκ ἔχοντα πρὸς ὁκοῖον τῶν ὄνων πρῶτον τράπηται.*

141. *τὸν ἐν ἀλογίῃσι ἔχειν παραχρησάμενον τῶν μαχίμων Αἰγυπτίων ὡς οὐδὲν δεησόμενον αὐτῶν.*

Heikelio participium hoc et quibusdam aliis locis quos huc refero vim causalem exprimere videtur[2]). Sed unoquoque loco omnium consensus de vi participii non est exspectandus, nam, ut verbis Heikelii utar, 'num certa quaedam ratio, ut causalis, temporalis, inter actiones intercedat, participio non exprimitur, sed sola cogitatione intellegitur'[3]).

III, 1. *ὅς ἐμὲ σοὶ κόσμῳ ἀσκήσας ἀπέπεμψε ὡς ἑωυτοῦ θυγατέρα διδούς.*

VI, 1. *ἐθώυμαζέ τε τὸ γεγονός, ὡς οὐδὲν δῆθεν τῶν παρεόντων πρηγμάτων ἐπιστάμενος.* Eum autem rei re vera non ignarum fuisse per particulam *δῆθεν* additam premitur. Cfr. VI, 39; VIII, 5.

39. *οἵ μιν καὶ ἐν Ἀθήνῃσι ἐποίευν εὖ ὡς οὐ συνειδότες δῆθεν τοῦ πατρὸς Κίμωνος αὐτοῦ τὸν θάνατον.*

VII, 14. *καὶ τὰ ἐμὰ ἔπεα ἐν οὐδενὶ ποιησάμενος λόγῳ ὡς παρ' οὐδενὸς ἀκούσας.*

211. *οἱ δὲ Πέρσαι ἐκδεξάμενοι ἐπήισαν ..... ὡς δὴ οὗτοί γε εὐπετέως κατεργασόμενοι.*

VIII, 5. *Εὐρυβιάδῃ τούτων τῶν χρημάτων μεταδιδοῖ πέντε τάλαντα ὡς παρ' ἑωυτοῦ δῆθεν διδούς.*

97. *ἀρτέετό τε ἐς πόλεμον ὡς ναυμαχίην ἄλλην ποιησόμενος.*

IX, 60. *καὶ οὗτοι μὲν βοῇ τε καὶ ὁμίλῳ ἐπήισαν ὡς ἀναρπασόμενοι τοὺς Ἕλληνας.*

---

1) Cfr. Kühner § 488.
2) Cfr. l. l. p. 27, 75, 118.
3) Vide l. l. p. 9.

β) Participium ad aliud sententiae primariae nomen ac subiectum pertinet.

I, 112. τὸν δὲ τῆς Ἀστυάγεος θυγατρὸς παῖδα ὡς ἐξ ἡμέων ἐόντα τρέφωμεν.

II, 123. τούτῳ τῷ λόγῳ εἰσὶ οἳ Ἑλλήνων ἐχρήσαντο ...... ὡς ἰδίῳ ἑωυτῶν ἐόντι.

IV, 95. οἵ δέ μιν ἐπόθεόν τε καὶ ἐπένθεον ὡς τεθνεῶτα.

VIII, 20. παραχρησάμενοι τὸν Βάκιδος χρησμὸν ὡς οὐδὲν λέγοντα. 41. καὶ δὴ ὡς ἐόντι ἐπιμήνια ἐπιτελέουσι προτιθέντες.

γ) Participium in genetivo absolute positum invenitur.

VIII, 20. οὔτε τι ἐξεκομίσαντο οὐδὲν οὔτε προσεσάξαντο ὡς παρεσομένου σφι πολέμου.

Quam facile ὡς ex usu his et talibus locis quales sunt ὡς ἐς ὁρτήν V, 92η; ὡς ἐς μάχην IX, 66, simil. vim 'ut ait', 'putat' vel similem, quam saepe, praecipue cum participiis causam vel consilium significantibus, habet — qua de re infra dicam — acquisierit, nemo, puto, non videt[1]).

d) Verbum sententiae relativae per ellipsin omittitur. Huc pertinent, ut sententiae sub b) positae, velut V, 12; VI, 139; VII, 60; IX, 70, simil., ostendunt, loci ubi superlativus adverbii, cuius vis particula ὡς praefixa augetur, modum praedicati sententiae primariae describit. Exempla sunt ὡς τάχιστα I, 210; VIII, 144; IX, 66. — ὡς μάλιστα II, 93; III, 16; IV, 73; IX, 18.

ὡς μάλιστα ἔμπειρον pro ἐμπειρότατον occurrit VIII, 97. — ὡς κάλλιστα II, 69, 90; VII, 40. — ὡς κουφότατα I, 35.

Eandem esse explicationem particulae ὡς cum superlativis adiectivorum coniunctae demonstrat πληροῦν ναῦς ὡς δύνανται πλείστας Thuc. VII, 21. Exempla huius constructionis praebet Herodotus haec: ὡς προθυμοτάτοισι I, 36. ὡς ἐπιτηδεοτάτοισι 126. ὡς ἁπαλωτάτην 132. ὡς νεωτάτων III, 102. ὡς μέγιστα 111. ὡς ἀσθενέστατα 146. ὡς πλεῖστον IV, 9. ὡς μέγιστον 71.

Similiter per ellipsin verbi potestatis explicanda est locutio ὡς τάχος V, 106. Eam Barthold[2]) opinatur ex οὕτως ὡς τάχος (Acc. relationis) δυνατόν ἐστι profectam esse.

2. Sententia relativa non ad praedicatum, sed ad nomen sententiae primariae spectat, itaque vim adiectivam habet.

I, 22. ἤκουε .... τοὺς ἐναντίους λόγους ἢ ὡς αὐτὸς κατεδόκεε.

---

1) Conferas Kühner § 488.

2) Specimen lexici Euripidei, quo explicatur particula ὡς p. 8

Fortasse pro ὡς est οὕς legendum. Vis similis sententiae relativae inest IX, 18. *ἐφάνητε ἐόντες ἀγαθοί, οὐκ ὡς ἐγὼ ἐπυνθανόμην*, h. e., *οὐ τοῖοι* (cf. III, 72) *οἵους ἐγὼ ἐπυνθανόμην*.

Significatio non alia[1]) est sententiae relativae III, 140. *ἀλλ' ὢν ἴση γε ἡ χάρις ὁμοίως ὡς εἰ νῦν κοθέν τι μέγα λάβοιμι*, nisi quod hic sententia relativa nominis ad quod spectat, non qualitatem sed quantitatem definit. *ὁμοίως* clare abundat.

Fortasse huc referri potest locus ubi verbum comparandi sequitur sententia ab *ὡς εἰ* incipiens, quae imaginem fictam continet. VII, 162. *στερισκομένην ὢν τὴν Ἑλλάδα τῆς ἑωυτοῦ συμμαχίης εἴκαζε ὡς εἰ τὸ ἔαρ ἐκ τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐξαραιρημένον εἴη*.

3. Gradus actionis cum gradu eiusdem actionis ad aliam rem vel personam atque in sententia primaria relatae, vel cum alius actionis gradu comparatur. Locis huc pertinentibus omnibus in sententia primaria occurrit *οὕτω*. *οὕτω* — *ὡς* Latine valet 'tam — quam'.

a) Gradus duarum actionum conferuntur.

VI, 61. *τότε δὲ τὸν Κλεομένεα .... διέβαλε, οὐκ Αἰγινητέων οὕτω κηδόμενος ὡς φθόνῳ καὶ ἄγῃ χρεώμενος*. — 108. *ταῦτα συνεβούλευον ... οὐ κατὰ τὴν εὐνοίην οὕτω τῶν Πλαταιέων ὡς βουλόμενοι τοὺς Ἀθηναίους ἔχειν πόνους συνεστεῶτας Βοιωτοῖσι*.

VIII, 99. *οὐκ οὕτω δὲ περὶ τῶν νεῶν ἀχθόμενοι ταῦτα οἱ Πέρσαι ἐποίευν ὡς περὶ αὐτῷ Ξέρξῃ δειμαίνοντες*.

b) Comparantur gradus eiusdem actionis ad duas diversas res vel personas relatae.

III, 120. *οἱ μὲν δή μιν φασὶ ..... ἐπιθυμῆσαι οὐκ οὕτω τὸν εἴπαντα ταῦτα τίσασθαι ὡς Πολυκράτεα πάντως ἀπολέσαι*.

V, 24. *οὐδέν κω ἄλλο χρῆμα οὕτω ἐν βραχέι ἐπεξήτησα ὡς σὲ ἰδεῖν τε καὶ ἐς λόγους μοι ἀπικέσθαι*.

VIII, 74. *ἀρρώδεον, οὐκ οὕτω περὶ σφίσι αὐτοῖσι δειμαίνοντες ὡς περὶ τῇ Πελοποννήσῳ*.

IX, 101. *ἦν δὲ ἀρρωδίη σφι οὔτι περὶ σφέων αὐτῶν οὕτω ὡς τῶν Ἑλλήνων*.

Hic pono III, 47. *οὐκ οὕτω τιμωρῆσαι δεομένοισι Σαμίοισι ἐστρατεύοντο ὡς τίσασθαι βουλόμενοι τοῦ κρητῆρος τῆς ἁρπαγῆς*; nam puto *τιμωρῆσαι* pariter ac *τίσασθαι* a *βουλόμενοι* pendere. Si autem in infinitivo *τιμωρῆσαι* sensus finalis inest, hoc exemplum sane locis sub a) allatis adnumerandum erat.

---

1) Cfr. Kühner p. 995, 4.

Caput VIII.

ὡς cum nomine nomini alteri per appositionem addito coniunctum.

Per appositionem additur nomen nomini alteri quod describit. Illi tamen ὡς iis tantum locis adiungitur, ubi notio quam exprimit in natura rei vel personae nomine cui additur significatae non inhaeret, sed ei ab aliquo, plerumque a subiecto sententiae, sive serio sive cum ironia attribuitur. Hunc nostrae particulae usum ex usu comparativo ortum esse, nemo, credo, negabit. Conferas usum similem particulae Germanicae, 'als'[1]), particulae Anglicae 'as'. Loci huc pertinentes sunt hi:

I, 73. *σκευάσαντες δὲ αὐτὸν ὥσπερ ἐώθεσαν καὶ τὰ θηρία σκευάζειν, Κυαξάρῃ δοῦναι φέροντες ὡς ἄγρην δῆθεν.* Ironiae indicandae inservit *δῆθεν*.

I, 168. *τιμὰς νῦν ὑπὸ Τηίων τῶν ἐν Ἀβδήροισι ως ἥρως ἔχει.*

II, 44. *τῷ μὲν ὡς ἀθανάτῳ Ὀλυμπίῳ δὲ ἐπωνυμίην θύουσι, τῷ δὲ ἑτέρῳ ὡς ἥρωι ἐναγίζουσι.*

III, 1. *εὖ γὰρ ἠπίστατο ὅτι οὐκ ὡς γυναῖκά μιν ἔμελλε Καμβύσης ἕξειν ἀλλ' ὡς παλλακήν.*

1. *ταύτην τὴν παῖδα ..... ἀποπέμπει ἐς Πέρσας ὡς ἑωυτοῦ θυγατέρα.*

98. *ἐπεὰν ἐκ τοῦ ποταμοῦ φλοῦν ἀμήσωσι καὶ κόψωσι, τὸ ἐνθεῦτεν φορμοῦ τρόπον καταπλέξαντες ὡς θώρηκα ἐνδυνέουσι.*

IV, 28. *ἢν δὲ χειμῶνος βροντὴ γένηται, ὡς τέρας νενόμισται θωυμάζεσθαι.*

132. *τοὺς δὲ ὀιστοὺς ὡς τὴν ἑωυτῶν ἀλκὴν παραδιδοῦσι.*

142. *ὡς δούλων Ἰώνων τὸν λόγον ποιεύμενοι.*

V, 20. *παρίζει Πέρσῃ ἀνδρὶ ἄνδρα Μακεδόνα ὡς γυναῖκα τῷ λόγῳ.* Additur *τῷ λόγῳ* ad ironiam indicandam.

92 ζ. *θωυμάζειν τε αὐτοῦ παρ' οἷόν μιν ἄνδρα ἀποπέμψειε, ὡς παραπλῆγά τε καὶ τῶν ἑωυτοῦ σινάμωρον.*

114. *Ὀνησίλῳ δὲ θύειν ὡς ἥρωι.*

VI, 11. *ἐπὶ ξυροῦ γὰρ ἀκμῆς ἔχεται ἡμῖν τὰ πρήγματα, ἄνδρες Ἴωνες, ἢ εἶναι ἐλευθέροισι ἢ δούλοισι, καὶ τούτοισι ὡς δρηπέτῃσι.*

30. *τὴν κεφαλὴν τὴν Ἱστιαίου λούσαντάς τε καὶ περιστείλαντας εὖ ἐνετείλατο θάψαι ὡς ἀνδρὸς μεγάλως ἑωυτῷ τε καὶ Πέρσῃσι εὐεργέτεω.* Hoc loco appositio vim habere causalem videtur.

---

1) De hoc particulae 'als' usu videas quae K. F. Becker, l. l. II. p. 171 scripsit.

VII, 96. *εἵποντο δὲ ὡς οὐ στρατηγοὶ ἀλλ' ὥσπερ οἱ ἄλλοι στρατευόμενοι δοῦλοι, ἐπεὶ στρατηγοὶ ... εἰρέαταί μοι.* Putabunt fortasse nonnulli hoc exemplum iniuria hic poni. Mihi autem contextum, praesertim sententiam causalem, *ἐπεὶ στρατηγοὶ .. εἰρέαταί μοι* inspicienti huc pertinere videtur. Sensus, mea sententia, est hic: sequebantur non loco imperatorum (imperatores non erant), sed eodem modo quo reliqui militantes servi.

117. *τούτῳ δὲ τῷ Ἀρταχαίῃ θύουσι Ἀκάνθιοι ἐκ θεοπροπίου ὡς ἥρωι.*

141. *συνεβούλευέ σφι .... χρᾶσθαι τῷ χρηστηρίῳ ὡς ἱκέτας.*

149. *προειπεῖν τε τοῖσι ἀγγέλοισι πρὸ δύντος ἡλίου ἀπαλλάσσεσθαι ἐκ τῆς Ἀργείων χώρης, εἰ δὲ μή, περιέψεσθαι ὡς πολεμίους.*

181. *τοὺς δὲ ἄλλους .... περιεῖπον ὡς ἀνδράποδα.*

209. *ὦ βασιλεῦ, ἐμοὶ χρᾶσθαι ὡς ἀνδρὶ ψεύστῃ, ἢν μὴ .....*

VIII, 95. *τοῦ .... ἐπεμνήσθην ὡς ἀνδρὸς ἀρίστου.*

IX, 76. *γύναι, θάρσεε καὶ ὡς ἱκέτις καὶ εἰ δὴ πρὸς τούτῳ τυγχάνεις ἀληθέα λέγουσα.* Hic, ut VI, 30, in appositione significatio inest causalis.

Caput IX.

ὡς **Restringens.**

Sententiae primariae vel alicui eius parti vel voci additur per *ὡς* locutio quae eius veritatem ita restringit et circumscribit ut qua mensura sit aestimanda, significet. Quo modo hic usus natus sit, recte ostendere mihi videtur Braune verbis de particulae *ut* usu simili his[1]: 'quoniam ut ad conveniéntiam duarum rerum declarandam adhibetur, nihil obstat quominus res per comparativam sententiam elata pro eo modulo accipi possit, quo adhibito de altera re fiat iudicium'.

Cum participio coniungitur *ὡς* sic usurpatum IV, 142, *τοῦτο μὲν ὡς ἐόντας Ἴωνας ἐλευθέρους, κακίστους τε καὶ ἀνανδροτάτους κρίνουσι εἶναι ἁπάντων ἀνθρώπων, τοῦτο δὲ ....* Stein commode vertit: 'Die Ioner insofern sie freie Männer seien'.

Plerumque locutio restringens ita ponitur, 'ut minuendi quandam vim habeat, cum aliquid alicui tribui significetur pro ea mensura, qua in hac illave re uti aequum sit'[2]).

---

1) F. E. Braune, De particula *ut* simplici et copulata. Lundae 1866. p. 44.

2) Haec sunt verba Madvigii de simili particulae *ut* usu ad Cic. de fin. 4. 1.

I, 30. *τοῦ βίου εὖ ἥκοντι, ὡς τὰ παρ' ἡμῖν, τελευτὴ τοῦ βίου λαμπροτάτη ἐπεγένετο.*

VIII, 101. *ταῦτα ἀκούσας Ξέρξης ὡς ἐκ κακῶν ἐχάρη τε καὶ ἥσθη.* Eadem locutio, *ὡς ἐκ κακῶν*, occurrit apud Thuc. VII, 42, quem ad locum Classen notat: 'soweit es nach dem erlittenen Unglück möglich war'.

Huc pertinent tres loci ubi *ὡς* cum infinitivo *εἶναι* iungitur[1]): II, 135. *οὕτω δὴ ἡ Ῥοδῶπις ἐλευθερώθη, καὶ κατέμεινέ τε ἐν Αἰγύπτῳ καὶ κάρτα ἐπαφρόδιτος γενομένη μεγάλα ἐκτήσατο χρήματα ὡς ἂν εἶναι Ῥοδῶπιν, ἀτὰρ οὐκ ὥς γε ἐς πυραμίδα τοιαύτην ἐξικέσθαι.* Sic legunt codices omnes. Coniecturas et explicationes varias invenies apud Schweighaeuserum sub *ὡς* IV. vel apud Baehrium. Mihi sensus plane condicionalis postulare videtur ut scribatur *μεγάλα ἐκτήσατο χρήματα ὡς εἶναι Ῥοδῶπιν, ἀτὰρ οὐκ ὥς γε ἂν ἐς πυραμίδα τοιαύτην ἐξικέσθαι*, quam lectionem Latine reddam: Rhodopis, ut Rhodopis, magnas pecunias sibi acquisivit, at non tantas ut ad talem pyramidem aedificandam suffecissent.

IV, 81. *Πλῆθος δὲ τὸ Σκυθέων οὐκ οἷός τε ἐγενόμην ἀτρεκέως πυθέσθαι, ἀλλὰ διαφόρους λόγους περὶ τοῦ ἀριθμοῦ ἤκουον· καὶ γὰρ κάρτα πολλοὺς εἶναί σφεας καὶ ὀλίγους ὡς Σκύθας εἶναι.*

Duas interpretationes commentatores attulerunt. Alii *ὡς Σκύθας εἶναι* ad totam sententiam referentes, convertunt, 'si (vel, quatenus) de vere nominatis Scythis quaeras' (cfr. Schweighaeuser) 'was eigentliche Scythen sind', 'soweit es Scythen seien'; alii illam locutionem cum *ὀλίγους* coniungentes, interpretantur, 'ut quidem Scythas', 'ut qui Scythae sint', quae interpretatio mihi omnia quae Herodotus de Scythis eorumque terra narrat[2]) perpendenti magis placet.

II, 8. *τὸ ὦν δὴ ἀπὸ Ἡλίου πόλιος οὐκέτι πολλὸν χωρίον ὡς εἶναι Αἰγύπτου.* Stein convertit, 'soweit es (*χωρίον*) zu Ägypten gehört'. Me movet analogia locorum laudatorum ut putem Schweighaeuserum, cui Baehr et Heilmann adsentiuntur, auctoris sententiam rectius exprimere, reddentem, 'non amplius in latitudinem multum patet pro reliqua Aegypti latitudine'.

---

1) His de locis conferas Kühner p. 1009. 4.

2) Scythorum fuisse magnas vires colligere licet etiam ex Thuc. II, 97, 5 *ὥστε ἐπὶ μέγα ἦλθεν ἡ βασιλεία ἰσχύος· τῶν γὰρ ἐν τῇ Εὐρώπῃ ὅσαι μεταξὺ τοῦ Ἰονίου κόλπου καὶ τοῦ Εὐξείνου πόντου μεγίστη ἐγένετο χρημάτων προσόδῳ καὶ τῇ ἄλλῃ εὐδαιμονίᾳ, ἰσχύι δὲ μάχης καὶ στρατοῦ πλήθει πολὺ δευτέρα μετὰ τὴν τῶν Σκυθῶν.*

Huc refero, cum significationem habeant restringentem atque circumscribentem, locos ubi ὡς cum infinitivo coniungitur sequentes: ὡς ἐπεικάσαι[1]) (ut coniectura colligi licet, Valla) IX, 32. ὡς εἰκάσαι[2]) (si, vel quantum comparare licet) IX, 34. — ὥς γε[3]) εἶναι σμικρὰ ταῦτα μεγάλοισι συμβαλεῖν II, 10. — ὡς εἶναι ταῦτα σμικρὰ μεγάλοισι συμβάλλειν[4]) IV, 99. — ὡς μὲν νυν ἐν ἐλαχίστῳ δηλῶσαι II, 24. — ὡς δὲ ἐν πλέονι λόγῳ δηλῶσαι II, 24. — ὡς λόγῳ εἰπεῖν[5]) II, 15, 134; III, 6. — sed ὡς εἰπεῖν λόγῳ II, 37, 53. De huius formulae usu Stein ad H, 21 optime notat: „ὡς λόγῳ εἰπεῖν gebraucht auch Herodotos nur um einen im Umfange übertriebenen Ausdruck als solchen zu bezeichnen und zu entschuldigen“. Eodem modo usurpatur ὡς εἰπεῖν VIII, 115. Eandem formulam praebent codices P R et editio Aldina III, 140, probante male, puto, Steinio.

Caput X.

ὡς cum participiis coniunctum.

Hoc in capite tractabo locos praeter eos qui in Cap. VII. allati sunt omnes ubi ὡς cum participio coniunctum invenitur.

De vi particulae in hac constructione consentiunt inter se grammatici; nam omnes, quantum scio, statuunt eam indicare id quod

---

1) Pro ἐπεικάσαι legunt codices quidam sed non optimi ἀπεικάσαι. Verbum ἐστί quod codices plurimi post ἐπεικάσαι vel ἀπεικάσαι praebent, editores recte omittunt.

2) Pro αἰτεόμενος codicum lego Steinium sequens αἰτεομένους. Si autem coniecturam Reiskii αἰτεόμενον acceperis et ὡς εἰκάσαι sensu 'ut coniectare licet' intellexeris, locis in parenthesi positis, de quibus in Cap. II scripsi, hunc commodius annumeres.

3) ὥς γε pro ὥστε codicum optimorum scribunt editores non omnes, Schweighaeusero praeeunte. Lectionem ωστε exemplis a Baehrio ad locum vel a Stallbaumio ad Plat. Phaedr. 230 B collectis defendi non posse animadvertit iure Heilmann l. l. p. 6.

4) Sic Stein e codicum praeter R omnium auctoritate. Me autem usus fere constans infinitivi aoristi similibus locis adducit ut praeferam συμβαλέειν, quod e codice R Gaisford, Baehr, Dindorf, Krueger receperunt.

5) Hanc formulam Heilmann (l. l. p. 5) interpretatur, 'ut vulgari proverbio utar'. Mihi autem videtur haec interpretatio neque in II, 15 neque in III, 6 convenire; nec vero sensum habet alium ac formula ὡς εἰπεῖν, quam H. ibidem reddit, 'ut ita dicam'. Velim conferas VIII, 115 cum III, 6.

participio exponitur, non pro certo, sed tantum pro sententia vel opinione alicuius, plerumque subiecti sententiae primariae, accipiendum esse[1]). Hanc particulae vim ex usu in sententiis comparativis facile ortam esse supra (p. 35) dixi[2]).

Causam exprimit participium cui ὡς praefigitur.

1. praesentis a) ad sententiae primariae nomen pertinens I, 73, 84, 171; II, 121 ζ, 155, 174 (bis — semel cum participio perfecti ἐκτημένοισι vi praesentis usurpato copulatum). III, 27, 52, 136 *αὐτοὺς τοὺς Πέρσας εἶρξε ὡς κατασκόπους δῆθεν ἐόντας*. Particula *δῆθεν* scriptor indicat Persas re vera speculatores non fuisse. IV, 84, 101; V, 24, 67, 78, 80, 85; VI, 2, 15, 52, 63; VII, 17 (*ὡς δή* cum ironia), 35, 99, 106, 203, 213, 223; VIII, 7, 120; IX, 11, 42, 54, 59, 66, 99 *τὰς διόδους τὰς ἐς τὰς κορυφὰς τῆς Μυκάλης φερούσας προστάσσουσι τοῖς Μιλησίοισι φυλάσσειν ὡς ἐπισταμένοισι δῆθεν μάλιστα τὴν χώρην*. Per particulam *δῆθεν* significat scriptor causam a Persis allatam veram causam non fuisse. Cfr. sententiam quae sequitur: *ἐποίευν δὲ τούτου εἵνεκα ἵνα ἐκτὸς τοῦ στρατοπέδου ἔωσι.*

b) in genetivo absolute positum I, 81, 124, 126 (*ὡς ὦν ἐχόντων ὧδε*, subiecto omisso[3]), ut etiam IV, 134; VIII, 144) — III, 74 (particula *δῆθεν* addita, cuius de vi vide quae supra ad III, 136 vel IX, 99 scripsi); IV, 11, 102, 134; VII, 143, 145, 207, 224; VIII, 69, 80, 144; IX, 4, 29, 115.

2. perfecti a) ad sententiae primariae nomen pertinens. I, 40, 82; VI, 86 γ; VIII, 40; IX, 11 (*εἰδότες*), 37.

b) in genetivo absolute positum I, 118; II, 133 *ταῦτα ἀκούσαντα τὸν Μυκερῖνον, ὡς κατακεκριμένων ἤδη οἱ τούτων, λύχνα ποιησάμενον πολλὰ .... πίνειν*. ὡς h. l. significare re vera ita non fuisse docet Heikel (l. l. p. 80), sed, puto, iniuria; nam ὡς hic, ut ceteris quos in hoc capite profero locis, nihil nisi opinionem alius ac scriptoris, hoc loco Mycerini, indicat, quam opinionem utrum scriptor ipse veram esse putet necne, aut ex contextu colligendum est aut cognosci

---

1) Cfr. Kühner § 488. Madvig § 175 d. Goodwin l. l. p. 219, Note 4. Matthiae § 568. Thiersch, Griech. Gramm. 4. Aufl. Leipzig 1855. § 223, 6 Anm. 3. Curtius, Schulgramm. § 588.

2) Conferas Kühner p. 649, et praeterea verba Heikelii (l. l. p. 27) haec: 'Hoc (i. e. comparatio) maxime fit particula ὡς, cuius ipsa primaria vis est comparativa, quam semper servat, etiam si, quod saepius fit, participiis, in quibus vis inest causalis aut finalis, apponitur.'

3) Cfr. Kühner pag. 641, Anm. 2. Madvig, § 181, Anm. 4 c.

non potest[1]). — VI, 4; VIII, 41; IX, 41 (*προειδότος*), 98 (subiecto personali *αὐτῶν* omisso).

3. aoristi a) ad sententiae primariae nomen pertinens. I, 31, 114; II, 152; IV, 176; VI, 14, 21, 23[2]), 25, 135; VII, 224; IX, 93, 94.

b) in genetivo absolute positum VII, 22; VIII, 90. *ὡς προδόντων*. Hic participium in genetivo positum est, quamquam ad obiectum enuntiationis primariae spectat[3]). Cfr. VI, 4, quo loco genetivus participii pro dativo exstat. — IX, 24.

4. futuri a) ad sententiae primariae nomen pertinens V, 30, 34; VI, 50; VII, 138; IX, 33.

b) in genetivo absolute positum I, 152, 208; V, 34; VI, 126; VIII, 69. *συμφορὴν ἐποιεῦντο τοὺς λόγους ὡς κακόν τι πεισομένης* (sc. *αὐτῆς*), et paulo inferius *ἐτέρποντο τῇ ἀνακρίσι ὡς ἀπολεομένης αὐτῆς*, quibus de locis falso dicit Heikel (p. 119) genetivos a substantivo pendere. — IX, 27 (subiecto personali *ἡμῶν* omisso[4]), cfr. IX, 98 supra), 42.

Accusativus qui vocatur absolutus cum subiecto personali exstat IX, 42. *ἥδεσθε τοῦδε εἵνεκα ὡς περιεσομένους ἡμέας Ἑλλήνων*[5]).

Accusativum absolutum impersonaliter usurpatum habemus VII, 13. *ὡς ὦν μεταδεδογμένον μοι μὴ στρατεύεσθαι ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα, ἥσυχοι ἔστε.*

Consilio exprimendo inservit participium futuri, quocum *ὡς* coniungitur, post verba locutionesque quae sunt haec: *ἰέναι* I, 85; V, 72. — *παριέναι* VIII, 89. — *ἄγειν* IX, 121. — *ἀπάγεσθαι* (vi passiva) VII, 146. — *ἐξάγειν* II, 45; VI, 91. — *ἥκειν* III, 71. — *παρεῖναι* IV, 14. — *ἀπικέσθαι* VI, 39. — *ἕπεσθαι* VIII, 135. — *πορεύεσθαι* IX, 113. — *στρατεύεσθαι* I, 66, 90. — *ἐπελαύνειν* IX, 18. — *διαβαίνειν* VI, 28. — *πέμπειν* III, 62. — *ἀποπέμπειν* VII, 134; IX, 50. — *μεταπέμπεσθαι* III, 143 (*ὡς δὴ* cum ironia). — *φέρεσθαι* (= cum impetu ferri) VIII, 28. — *ἵζεσθαι* III, 11. — *παρασκευάζειν* I, 126. —

---

1) Hac de re Goodwin (l. l. p. 220) dicit: 'It is a common mistake to suppose that *ὡς* implies that the participle does not express the idea of the speaker or writer. It implies nothing whatever on this point, which is determined (if at all) by the context.'

2) Hoc loco editores quidam auctoritate codicum A B C d nixi *ὡς* male omittunt.

3) Cfr. Kühner § 494. Madvig § 181, Anm. 6.

4) Cfr. Kühner p. 641, Anm. 2. Madvig § 181, Anm. 4 a.

5) Hac de constructione cfr. Kühner p. 653, Anm. 6 cum Madvig § 182, Anm. 1.

παρασκευάζεσθαι II, 162; VI, 87, 101, 112; VII, 33, 143, 209, 218; VIII, 64, 83; IX, 97, 122. — *παραρτέεσθαι* VIII, 81, 108. — *ἀντιτάσσεσθαι* (notione passiva) IV, 134. — *τάσσεσθαι* (vi passiva) VI, 111. — *καταλέγεσθαι* (vi passiva) VII, 1. — *σφαγιάζεσθαι* IX, 61. — *λαμβάνειν τὸ τόξον* III, 36. — *διατείνεσθαι τὰ βέλεα* IX, 18. — *ἔς τε τὰς νέας ἐσέπιπτον καὶ ἱστία ἀείροντο* VIII, 56.

His locis omnibus, excepto tantum VII, 134 *τούτους ὡς ἀποθανευμένους ἀπέπεμψαν*, participium ad subiectum sententiae pertinet.

Participio in quo inest vis concessiva, additur *ὡς* VII, 49 *καὶ δή τοι, ὡς οὐδενὸς ἐναντιευμένου, λέγω τὴν χώρην πλεῦνα ἐν πλέονι χρόνῳ γινομένην λιμὸν τέξεσθαι.*

Cum participii ad substantivum non relati dativo indicante quibus quae sententia primaria continentur vera sint *ὡς* coniungitur[1]) VII, 184 *ὡς ἀνὰ διηκοσίους ἄνδρας λογιζομένοισι ἐν ἑκάστῃ νηί.* Quominus *ὡς* hoc loco cum *ἀνὰ διηκοσίους* coniungamus, significatio 'fere' vel 'circiter', quae particulae numerali nomini additae inest, inhibet; si enim aut minus aut plus ducenos viros in singulis navibus supputamus, non efficitur numerus qui fuisse dicitur.

Caput XI.

ὡς 'fere' vel 'circiter' significans.

Hac vi particula plerumque vocibus quae notionem quandam numeri in se habent, iungitur, quem usum et ipsum ex usu comparativo ductum esse puto. Nam particula ita, mea sententia, explicanda est, ut significet numerum proditum habendum non pro exacto, sed tantummodo pro eo, quocum exactus numerus comparari possit.

Conferas similem usum particulae Latinae 'quasi'[2]) et particulae Gothicae 'sve'[3]), etiam si Brugmanno hanc et *ὡς* de quo nunc agitur communem originem habere statuenti[4]) assentiri non possis.

Vocabulum ad quod *ὡς* spectat, semper statim post *ὡς* ponitur

---

1) Vide Kühner p. 370 cum p. 368.
2) Vide exempla quae collegit Brix ad Plaut. Capt. 20.
3) Cfr. Marc. 8, 9 sve fidvor þusundjos; Luc. 1, 56 sve menoþs þrius, et al.
4) l. l. p. 119.

ponitur, nisi ubi cum praepositione construitur. His locis praepositio inter ὡς et vocabulum ad quod pertinet, interponitur.

Exempla sunt: II, 138 ὡς τεσσέρων πλέθρων. III, 25 ὡς πέντε μυριάδας. 65 ἡμέρῃσι δὲ ὕστερον ὡς εἴκοσι. IV, 195 ὡς τέσσερα στάδια. VII, 22 ὡς δυώδεκα σταδίων. VIII, 24 ὡς χιλίους. IX, 29 ὡς εἷς. 93 ὡς ἑξήκοντα.

Saepe additur adverbium indefinitum, quocum semper, excepto tantum III, 3 ἔτεα ὡς δέκα κου, coniungitur μάλιστα. I, 191 ὡς ἐς μέσον μηρὸν μάλιστά κῃ. II, 130 ὡς εἴκοσι μάλιστά κῃ. IV, 124 σταδίους ὡς ἑξήκοντα μάλιστά κῃ. V, 83 στάδια δὲ μάλιστά κῃ ἀπὸ τῆς πόλιος ὡς εἴκοσι (omnibus locis praeter hunc μάλιστά κῃ post nomen numerale ponitur). VII, 30 διὰ σταδίων ὡς πέντε μάλιστά κῃ. VIII, 31 ὡς τριήκοντα σταδίων μάλιστά κῃ. IX, 15 οὐ μέντοι τό γε τεῖχος τοσοῦτο ἐποιέετο, ἀλλ' ὡς ἐπὶ δέκα σταδίους μάλιστά κῃ μέτωπον ἕκαστον.

Memoratu est dignum sine ὡς et κου μάλιστα et μάλιστά κῃ eadem significatione usurpari. Exempla illius invenies I, 119, 186, 209 alibi; huius VIII, 8, 65 et saepe.

Eandem vim tribuo[1]) particulae ὡς in locutionibus ὡς τὸ ἐπίπαν IV, 68; VII, 50, 157; VIII, 60γ et ὡς ἐπίπαν II, 68.[2])

Caput XII.

ὡς Consecutivum.

Sententiarum consecutivarum et comparativarum hoc est commune ut qualitatem vel quantitatem praedicati sententiae primariae describant. Eo autem differunt quod in sententiis comparativis qualitas vel quantitas praedicati sententiae primariae qualitate vel quantitate alius praedicati definitur; in sententiis consecutivis eo quod praedicato ipso efficitur vel effici potest. Quae cum ita sint, eandem particulam in utriusque modi sententiis usurpari[3]) nulla est causa cur miremur, neque dubitare possumus quin usus eius consecutivus ex comparativo usu natus sit.[4]) In sententia primaria demonstra-

1) Cfr. Schweighaeuser. Lex Herod. s. ὡς VIII, et Wisén. (l. l. p. 24) de simili formula ὡς ἐπὶ τὸ πολύ.

2) Hoc quoque loco ὡς τὸ ἐπίπαν praebent codices R d, quos tamen ex editoribus nemo quod sciam secutus est.

3) Cfr. lat. *ut;* goth. *sve, svasve;* angl. *so as.*

4) Seume, De sententiis consecutivis Graecis, Gottingae 1883, p. 13: 'Con-

tivum omittitur locorum huc pertinentium ne uno quidem ubi, si sensum (ut VII, 24, 172) vel structuram (ut II, 135) sententiae respexeris, exspectari possit.

His in sententiis adhibetur indicativus

1. de re quae facta esse praedicatur. I, 163 *τούτῳ δὴ τῷ ἀνδρὶ προσφιλέες οἱ Φωκαιέες οὕτω δή τι ἐγένοντο, ὡς τὰ μὲν πρῶτά σφεας ἐκλιπόντας Ἰωνίην ἐκέλευε τῆς ἑωυτοῦ χώρης οἰκῆσαι ὅκου βούλονται.*

II, 135. *οὕτω δή τι κλεινὴ ἐγένετο ὡς καὶ οἱ πάντες Ἕλληνες Ῥοδώπιος τὸ οὔνομα ἐξέμαθον.*

III, 130.[1]) *αὐτέων ἑκάστη .... ἐδωρέετο Δημοκήδεα οὕτω δή τι δαψιλέι δωρεῇ ὡς τοὺς ἀποπίπτοντας ἀπὸ τῶν φιαλέων στατῆρας ἑπόμενος ὁ οἰκέτης ἀνελέγετο καί οἱ χρῆμα πολλόν τι χρυσοῦ συνελέχθη.*

VII, 11. *κατεστρέψατο οὕτω ὡς καὶ ἐς τόδε αὐτοί τε ὤνθρωποι καὶ ἡ γῆ αὐτῶν ἐπώνυμοι τοῦ καταστρεψαμένου καλέονται.*

VIII, 56. *ἐς τοσοῦτον θόρυβον ἀπίκοντο ὡς ἔνιοι τῶν στρατηγῶν οὐδὲ κυρωθῆναι ἔμενον τὸ προκείμενον πρῆγμα, ἀλλ' ἔς τε τὰς νέας ἐσέπιπτον καὶ ἱστία ἀείροντο ὡς ἀποθευσόμενοι.*

99. *ἡ μὲν δὴ πρώτη ἐς Σοῦσα ἀγγελίη ἀπικομένη ἔτερψε οὕτω δή τι Περσέων τοὺς ὑπολειφθέντας ὡς τάς τε ὁδοὺς μυρσίνῃ πάσας ἐστόρεσαν καὶ ἐθυμίων θυμιήματα καὶ αὐτοὶ ἦσαν ἐν θυσίῃσί τε καὶ εὐπαθείῃσι.* Eodem modo usurpatur *ὥστε* cum indicativo in sententia quae sequitur.

2. de re non facta; sed profecto ob eam causam quod id quod affirmare scriptor vult sententia continetur consecutiva[2]) I 199. *καὶ τὠπὸ τούτου οὐκ οὕτω μέγα τί οἱ δώσεις ὥς μιν λάμψεαι.*

Infinitivus usurpatur 1) post sententiam primariam negativam. II, 135 *μεγάλα ἐκτήσατο χρήματα ὡς ἂν εἶναι Ῥοδῶπιν, ἀτὰρ οὐκ ὥς γε ἐς πυραμίδα τοιαύτην ἐξικέσθαι.* Hoc de loco supra (pag. 39) dixi. III, 146 *ὑπέλαβε τὸν λόγον οὐκ ἐς τοῦτο ἀφροσύνης ἀπικόμενος ὡς δόξαι τὴν ἑωυτοῦ δύναμιν περιέσεσθαι τῆς βασιλέος.* His duobus locis, cum sententia primaria negativa sit, enuntiatum quoque secundarium negativam significationem acquirit.

2) ob notionem consilii, quae cum notione consecutionis sententiae

---

secutivae sententiae proprie sunt comparativae.' Gildersleeve, The Consecutive Sentence in Greek, American Journal of Philology. Vol. VII, p. 167: 'That *ὥστε* is a comparative particle, there can be no doubt.' Cfr. etiam Kühner § 583.

1) Hoc exemplum cum VII, 172 et VIII, 56 Rudloffium (Observationes in orationem Herodoteam. Halle 1879) fugisse videtur.

2) Cfr. Curtius, Schulgramm. § 553 b. a. 1.

secundariae inest[1]) ('beabsichtigte Folge'. Curtius Schulgramm. § 553 b. b. 2 a)). VII, 24 *ὀρύσσειν ἐκέλευε διώρυχα τῇ θαλάσσῃ εὖρος ὡς δύο τριήρεας πλέειν ὁμοῦ ἐλαστρεομένας.*

Propter orationem obliquam, ut particula negativa *οὐκ* clare indicat, infinitivus positus est IV, 184 *ὑψηλὸν δὲ οὕτω δή τι λέγεται ὡς τὰς κορυφὰς αὐτοῦ οὐκ οἷά τε εἶναι ἰδέσθαι.*

Uno loco quo *ὡς*, ut saepius *ὥστε*, specie a sententia primaria non pendens („Äufserlich ganz unabhängig vom Hauptsatze", Curtius § 553 b. a. 2) 'itaque', 'daher' valet, imperativus invenitur:

VII, 172 *πέμπειν δὲ χρὴ καὶ ὑμέας στρατιὴν πολλήν, ὡς, εἰ μὴ πέμψετε, ἐπίστασθε ἡμέας ὁμολογήσειν τῷ Πέρσῃ.*

Immerito affert Rudloff (l. l. pag. 15) II, 7 *καταδεῖ πεντεκαίδεκα σταδίων ὡς μὴ εἶναι πεντακοσίων καὶ χιλίων*; nam *ὡς* in codicibus plurimis atque optimis deest.

In II, 111 *τοῦ ποταμοῦ κατελθόντος μέγιστα δὴ τότε ἐπ' ὀκτωκαίδεκα πήχεας, ὡς ὑπερέβαλε τὰς ἀρούρας, πνεύματος ἐμπεσόντος κυματίης ὁ ποταμὸς ἐγένετο*, et IV, 124 *ἀφανισθέντων δὲ τούτων τὸ παράπαν, ὡς οὐκέτι ἐφαντάζοντό σφι, οὕτω δὴ ὁ Δαρεῖος*, quibus de locis Rudloff (l. l. pag. 23) dicit dubitari posse, mihi particula significationem temporalem potius quam consecutivam habere videtur.

Caput XIII.

ὡς Temporale.

Ut aliis in linguis[2]) ita in Graeca particula qua modus duarum actionum comparatur, eadem cum verbo rem iam factam aut durantem cum fit actio verbi sententiae primariae exprimente coniungitur: ut aliis verbis utar, significatio particulae ex 'quo modo' in 'quo tempore' transit.

Sententiae in quibus particula hanc vim habet, cum tempus sententiae primariae definiant, temporales dicuntur.

Actio verbi sententiae primariae utrum fiat actione verbi sententiae temporalis perfecta an durante, ex tempore verbi sententiae temporalis colligendum est. Quae vero inter sententiam temporalem et primariam intercedat ratio, cum omnibus paene locis ex temporis

1) Seume, l. l. p. 59: 'Indicativus post *ὥστε* numquam consilium indicare potest.'

2) Conferas lat. *ut*, goth. *sve*, germ. *als* et *wie*, angl. *as*.

in sententia temporali usurpati vi per se pateat, alio modo ostendam atque quod tempus in sententia temporali exstet exhibendo paucis tantum locis necesse est.

ὡς significatione temporali coniungitur cum indicativo 1) aoristi I, 10, 11, 12, 19, 21, 22, 31 (bis), 47, 48, 50, 53, 56, 62, 65, 66, 67, 68, 75, 76, 77, 80 (ter), 85, 90, 98, 103, 108, 109, 111 (bis), 112, 113, 119 (bis), 122, 127, 128, 141, 152, 154, 157, 158, 160 (bis), 162, 164, 169, 172, 173 (bis), 176, 190, 211, 213 (bis), 214. — II, 30, 102, 111, 113, 119, 121 α), 121 γ), 121 ε) (bis), 121 ζ)[1]), 122, 135, 151, 152 (bis), 181 — III, 3, 13, 14[2]), 16, 19, 21, 22, 29, 41, 42, 54, 64, 66 (bis), 74, 75, 76, 78, 83, 127, 128, 129, 130, 134, 140, 143, 145 (bis), 153, 156. — IV, 76 (bis), 87, 89, 91, 92, 97 (bis), 113, 120, 122 (bis), 125 (bis), 133, 136, 143, 205. — V, 2, 11, 13, 15, 17, 18, 23, 29 (bis), 32 (bis), 33, 35, 38, 41, 46, 56, 65, 69, 72, 89, 92 γ) (bis), 92 η), 101, 103, 104, 105 (βασιλέι Δαρείῳ ὡς ἐξαγγέλθη cum infinitivis pendentibus, interiecto πρῶτα μὲν λέγεται αὐτόν, per ὡς ἐπύθετο ταῦτα repetitur), 112, 116, 122. — VI, 23, 30 (bis), 31, 32, 41, 43 (bis), 69 (bis), 73, 80, 85, 95, 99 (bis), 103, 111, 112, 118, 119, 129 (bis), 135, 138, 140. — VII, 7, 8, 14, 18 (bis), 31, 35, 39, 43, 57, 101, 102, 116, 119, 122 (bis), 127, 136 (bis), 146 (ter), 147, 155, 156, 169, 173, 177, 181 (bis), 182, 189, 192, 194, 208, 210, 218, 225, 233 (bis) — VIII, 4, 8, 11, 14 (bis), 18 (bis), 21, 24, 32, 49, 53, 55, 56, 59, 67, 71, 79, 87 (bis), 90, 92, 97, 101, 106 (ter), 107, 108[3]), 109, 117, 125, 128, 130, 132 (bis), 134, 137, 138, 140, 142. — IX, 1, 5, 7, 8, 13, 18, 19 (bis), 20, 23, 25, 31, 39, 47, 49 (bis)[4]), 52, 54, 55, 58, 61, 62, 63, 65, 67, 70 (bis), 73, 85, 86 (bis), 88 (bis), 93 (bis), 96, 98, 99, 101, 103, 109, 111, 115, 118, 120. — VII, 167 ὡς ἔτυχε cum participio praesentis ἐπισπένδων vim imperfecti habet, i. e., exprimit actionem inter quam actio participii ἰδών facta est.

2) plusquamperfecti I, 11, 27, 80, 118, 141, 165, 186, 201, 214. — II, 2, 100. — III, 56, 69, 142, 157. — V, 20. — VII, 55, 100,

---

1) Pro ἀνηνείχθη editores quidam ex auctoritate codicum R d ἀνηνεῖχθαι legunt.

2) Altero loco καὶ ταῦτα ὡς ἀπενειχθέντα ὑπὸ τούτου, εὖ δοκέειν σφι εἰρῆσθαι, Stein recte, puto, iudicat inter ὡς et ἀπενειχθέντα excidisse talia fere: ἤκουσαν οἱ περὶ Καμβύσεα.

3) Stein codicum A B R auctoritate nitens male scribit ἐγίνετο. Cfr. II, 121 γ; V, 33; IX, 118.

4) Pro ὑπεκρίνατο codex R, quem Gaisford, Baehr, Dindorf, Krueger secuti sunt, ὑπεκρίνετο praebet.

157, 183. — VIII, 5, 12, 96, 110, 113, 126. — IX, 11, 33, 37, 62, 76, 100, 102.

Nonnunquam inter plusquamperfectum *ἐγεγόνεε* et aoristum *ἐγένετο* multum vel nihil differre tales loci demonstrant quales sunt *ὡς ἡμέρῃ τάχιστα ἐγεγόνεε, πέμψασα ἐσήμηνε τῷ πατρὶ τὰ γενόμενα* III, 69 (cfr. I, 11) et *ὡς ἡμέρῃ ἐγένετο τάχιστα, Ξέρξης ὑπερετίθετο ταῦτα Πέρσῃσι* VII, 18 (cfr. V, 56); *ὡς εὐφρόνη ἐγεγόνεε* VIII, 12 (cfr. IX, 11) et *ὡς εὐφρόνη ἐγένετο* VIII, 14 (cfr. IX, 39, 118; II, 121 *γ*); *ὡς δὲ ἑνδεκάτῃ ἐγεγόνεε ἡμέρῃ ἀντικατημένοισι ἐν Πλαταιῇσι* IX, 41 et *ὡς δὲ τρίτῃ ἡμέρῃ τῷ παιδίῳ ἐκκειμένῳ ἐγένετο* I, 113.

Similiter ex scriptoris arbitrio pendet utrum *ἀπίκατο* an *ἀπίκοντο* adhibeat. Conferas VII, 157 *τότε δ' ὡς οἱ ἄγγελοι τῶν Ἑλλήνων ἀπίκατο ἐς τὰς Συρηκούσας, ἐλθόντες αὐτῷ ἐς λόγους ἔλεγον τάδε* cum IX, 7 *ὡς δὲ ἀπίκοντο ἐς τὴν Λακεδαίμονα οἱ ἄγγελοι οἱ ἀπ' Ἀθηναίων, ἔλεγον τάδε ἐπελθόντες ἐπὶ τοὺς ἐφόρους*.

Discrimen autem inter plusquamperfectum et aoristum facillime cognosci potest ubi copulantur, velut: VII, 193 *ὡς ἐπαύσατό τε ὁ ἄνεμος καὶ τὸ κῦμα ἔστρωτο*, ut quievit ventus et fluctus constrati erant, i. e., plusquamperfecto indicatur non solum actionem esse perfectam (quod aoristo significaretur) sed etiam statum actione effectum (tranquillum) mansisse[1].

3. Imperfecti I, 13, 48, 62, 77, 87, 117, 119, 126, 127, 189. — II, 2, 121 *δ*) (quater), 162. — III, 1, 14, 83, 85, 86. — IV, 1, 95, 124, 126, 134, 154. — V, 1, 12, 18[2]), 67, 72, 112. — VI, 14, 16, 29, 50, 77, 86, 109, 110, 129[3]). — VII, 8, 17, 38, 44, 45, 54, 88, 107, 115, 166, 173, 197[4]), 211, 218. — VIII, 3, 9, 16, 44, 75 (bis), 94, 101, 106, 123, 126. — IX, 16, 20, 34, 38, 39, 47, 55, 60, 91, 119.

Invenitur imperfectum copulatum cum aoristo I, 190; V, 91; cum plusquamperfecto I, 186; V, 34; VI, 9, 112; VII, 37; VIII, 129; IX, 41, 44, 52.

Vim plusquamperfecti habet imperfectum *ἵζοντο* VII, 140; VIII, 67; *ὑπεξέκειτο* VIII, 41.

---

1) Cfr. Kühner § 386, 15.

2) Gaisford, Baehr, Dindorf, Krueger codicem d editionemque Aldinam sequentes *ἐγένοντο* scribunt.

3) Ex codicibus P R et editione Aldina Gaisford, Baehr, Dindorf, Krueger *ἐγένοντο* legunt.

4) Lectionem codicum P R et editionis Aldinae *ἐγένετο* editores quidam probant.

Imperfectum de conatu occurrit IX, 34, *ὥς μιν οἱ Ἀργεῖοι ἐμισθοῦντο ἐκ Πύλου παῦσαι τὰς σφετέρας γυναῖκας τῆς νούσου, μισθὸν προετείνατο τῆς βασιληίης τὸ ἥμισυ.*

Locis adhuc allatis imperfectum exprimit actionem vel statum durantem cum actio verbi sententiae primariae facta est. Nonnullis autem locis imperfectum, ut semper aoristus, rem ante actionem primariam factam significat[1]): I, 47 *ὡς ἐσῆλθον τάχιστα ἐς τὸ μέγαρον ..... καὶ ἐπειρώτεον τὸ ἐντεταλμένον, ἡ Πυθίη ..... λέγει τάδε.*

65. *ὡς ἐσήιε ἐς τὸ μέγαρον, εὐθὺς ἡ Πυθίη λέγει τάδε.*

80. *ὡς δὲ καὶ συνήισαν ἐς τὴν μάχην.*

II, 160. *ὡς δὲ ..... ἔλεγον τῶν εἵνεκα ἀπίκοντο, ἐνθαῦτα ὁ βασιλεὺς οὗτος συγκαλέεται.*

III, 25. *ὡς ἤκουε*[2]) *τῶν Ἰχθυοφάγων, ἐστρατεύετο.*

IV, 80. *ὡς δὲ μετὰ ταῦτα ἐξήλαυνε ὁ Σκύλης ἐς ἤθεα τὰ ἑωυτοῦ, οἱ Σκύθαι ..... ἐπανιστέατο τῷ Σκύλῃ.*

V, 79. *ὡς ἐπυνθάνοντο δὲ λεγόντων αὐτῶν τῶν ἄγχιστα δέεσθαι, εἶπαν οἱ Θηβαῖοι ἀκούσαντες τούτων.*

VII, 142. *ὡς δὲ ἀπελθόντες οἱ θεοπρόποι ἀπήγγελον ἐς τὸν δῆμον, γνῶμαι καὶ ἄλλαι πολλαὶ γίνονται ...*

146. *ὡς δὲ ἔτι περιεόντας αὐτοὺς κατέλαβον καὶ ἦγον ἐς ὄψιν τὴν βασιλέος, τὸ ἐνθεῦτεν πυθόμενος ἐπ' οἷσι ἦλθον, ἐκέλευε.*

IX, 82. *ὡς δὲ κελευόμενοι οὗτοι ἐποίευν ταῦτα, ἐνθαῦτα τὸν Παυσανίην ..... κελεῦσαι.*

Saepissime in oratione obliqua, nonnunquam sed raro etiam ubi brevis est (cfr. I, 141 et III, 87), loco indicativi infinitivus positus est[3]). Temporum infinitivi frequentissimum est aoristus: I, 86, 141; II, 107, 121 β (bis), 121 δ, 162; III, 35; IV, 9, 11, 179; VI, 137 (*ἐπείτε*

---

1) Cfr. Kühner § 383, 3 et Delbrück, Grundlagen, p. 114 cum p. 105—6.

2) Codex R, quem tamen nullus quod sciam editor secutus est, *ἤκουσε* praebet.

3) Cfr. Madvig § 169 b, Kuehner § 594, 5 b. Cavallin l. l. p. 91, 2. At Cavallin statuens: 'post *ὡς* infinitivus tum potissimum usurpatur quum enuntiationes primaria et secundaria quasi in unum confunduntur, praecipue illis locis ubi idem est utriusque sententiae subiectum', nihil dicit. Nam primum saepius, ut ex exemplis ab eo allatis elucet, subiectum utriusque sententiae est non idem. Deinde ex eo quod plurimis locorum ubi infinitivus invenitur, aut 'idem est subiectum enuntiationum primariae et secundariae' aut 'subiectum alterius enuntiationis in altera enuntiatione obiectum est aut in genetivo vel dativo occurrit' (quibus verbis C. postea 'quasi in unum confunduntur' definire videtur), cum eo nihil differant loci ubi infinitivus usurpatur a locis ubi alius modus adhibetur, nihil ad infinitivi usum colligi potest. Usum infinitivi nulla lege constringi apparet ex II, 121, ubi modo indicativus modo infinitivus usurpatur.

ἰδεῖν, pluribus interiectis vocabulis, per *ὡς ἰδεῖν* iteratur); VII, 148, 170; VIII, 94, 118.

Praesens imperfecto orationis rectae respondens invenitur I, 24, 94; II, 121*β*, 121*δ* (cum aoristis copulatum), 121*ε*, 140; III, 87; VIII, 94.

Semel occurrit perfectum pro plusquamperfecto orationis rectae II, 99.

Moribus institutisque describendis inservit coniunctivus sine particula *ἄν*: I, 132 *τῶν δὲ ὡς ἑκάστῳ θύειν θέλῃ*[1] .... *καλέει τὸν θεόν.* IV, 172 *τῶν δὲ ὡς ἕκαστός οἱ μιχθῇ, διδοῖ δῶρον*[2]).

Coniungitur cum *ὡς* optativus ad exprimendam rem praeterito tempore iteratam: I, 17 *ὡς δὲ ἐς τὴν Μιλησίην ἀπίκοιτο, οἰκήματα μὲν τὰ ἐπὶ τῶν ἀγρῶν οὔτε κατέβαλλε κ. τ. λ.* — 196. *ὡς γὰρ δὴ διεξέλθοι ὁ κῆρυξ πωλέων τὰς εὐειδεστάτας τῶν παρθένων, ἀνίστη ἂν τὴν ἀμορφεστάτην.* — VII, 119 *ὡς δὲ δείπνου γίνοιτο*[3]) *ὥρη, οἱ μὲν δεκόμενοι ἔχεσκον πόνον.*

Additur particula *ἄν* I, 196. *ὡς ἂν αἱ παρθένοι γινοίατο γάμων ὡραῖαι, ταύτας ὅκως συναγάγοιεν πάσας, ἐς ἓν χωρίον ἐσάγεσκον ἁλέας.* Editoribus quibusdam particula, quae est *ἄν*, displicet. Krueger eam uncis includit. Stein proponit *ὅσαι αἰεὶ παρθένοι.* Sed nescio an lectio codicum defendi possit loco Homerico Il. IX, 524—5:

οὕτω καὶ τῶν πρόσθεν ἐπευθόμεθα κλέα ἀνδρῶν
ἡρώων, ὅτε κέν τιν' ἐπιζάφελος χόλος ἵκοι.

Quamquam *ὡς* saepe ad duo vel plura verba pertinet, tamen duobus tantum locis, propter maius, ut videtur, momentum in altera sententia positum, iteratur: VI, 29 *ὡς φεύγων τε κατελαμβάνετο ὑπὸ ἀνδρὸς Πέρσεω καὶ ὡς καταιρεόμενος ὑπ' αὐτοῦ ἔμελλε συγκεντηθήσεσθαι, Περσίδα γλῶσσαν μετεὶς καταμηνύει ἑωυτόν.* — VII, 166 *ὡς ἡ συμβολή τε ἐγίνετο καὶ ὡς ἑσσοῦτο τῇ μάχῃ, ἀφανισθῆναι πυνθάνομαι.*

Actionem primariam statim post actionem secundariam factam esse ut indicet, Herodotus aut ad *ὡς* addit *τάχιστα* aut initio sententiae primariae *αὐτίκα* vel *ἰθέως* vel *εὐθύς* ponit.

---

1) Ex codice P et editione Aldina Baehr, Krueger, Dindorf *θέλει* legunt.

2) Ex his sequentibusque locis apparet Thierschium falso statuere: '*ὡς* als Zeitpartikel steht bei Vergangenem, als Ursachpartikel auch bei Gegenwärtigem, aber überall mit dem Indicativ.' Cfr. Griech. Gramm. 4. Aufl. § 241, Anm. 6.

3) De discrimine inter coniunctivi et optativi praesens et aoristum in sententiis temporalibus, cfr. Madvig § 128b, et § 134b.

τάχιστα occurrit 1) statim post *ὡς* positum I, 111; IV, 205; V, 29; VII, 182. — 2) ab *ὡς* vocabulo, plerumque verbo sententiae, vel vocabulis interpositis separatum I, 11, 19, 47, 65, 80, 128, 141, 213. — III, 42, 66, 69, 145. — IV, 143. — V, 11, 23, 35, 56, 92*γ*. — VI, 118. — VII, 18, 119. — VIII, 71, 118.

Invenitur *αὐτίκα* I, 21, 48. — II, 107. — III, 19. — V, 15, 92*γ*, 101. — VI, 73. — VII, 39. — VIII, 8, 110. — IX, 86.

ἰθέως II, 121*β*. — V, 41.

εὐθύς I, 65.

Tribus locis sententia primaria cum sententia temporali per *καί* coniungitur: I, 79 *ὡς δέ οἱ ταῦτα ἔδοξε, καὶ ἐποίεε κατὰ τάχος.* — VII, 128 *ὡς δὲ ἐπεθύμησε, καὶ ἐποίεε ταῦτα.* — VIII, 64 *ὡς δέ σφι ἔδοξε, καὶ ἐποίευν ταῦτα.* De simili apud Thucydidem usu particulae *καί* Classen ad II, 93, 4 *ὡς δὲ ἔδοξεν αὐτοῖς, καὶ ἐχώρουν εὐθύς* notat: '*καὶ* vor *ἐχώρουν* die unmittelbare Ausführung der im Vordersatz ausgesprochenen Absicht ausführend'.

Restat ut de positione sententiae temporalis et particulae *ὡς* breviter agam. Sententia temporalis plerumque aut ante sententiam primariam ponitur aut ei inseritur. Sequitur eam ter tantum: VI, 135; VIII, 137; IX, 13. Sequitur sententia temporalis participium cuius tempus definit: V, 116; VII, 167; VIII, 138; IX, 5.

Sententia primaria sententiam temporalem sequens haud raro ab adverbio demonstrativo, ut *τότε*, *τηνικαῦτα*, *οὕτω* (quocum semper, uno excepto loco, *δή* iungitur), *ἐνθεῦτεν*, *τὸ ἐνθεῦτεν*, *ἐνθαῦτα*, incipit.

Particula *ὡς* licet longe plurimis locis primum in sententia sua locum teneat, tamen saepe vel subiectum, praesertim cum est idem quod subiectum sententiae primariae, vel aliud sententiae membrum sequitur. Duobus locis ponitur cum verbo etiam in fine sententiae: III, 54 *Λακεδαιμόνιοι δὲ στόλῳ μεγάλῳ ὡς ἀπίκοντο.* — V, 101 *τουτέων δὴ μίαν τῶν τις στρατιωτέων ὡς ἐνέπρησε.*

Caput XIV.

ὡς Causale.

Relatio rerum temporalis sub oculos cadit, causalis autem sola cogitatione intellegitur et colligitur profecto ex eo potissimum quod res tempore inter se nexae sunt. Quare, ut puto, particulae quae significationem habent temporalem, saepe etiam ad causam exprimendam usurpantur.[1])

Quoniam igitur ubicumque particula qua vel tempus vel causa significari potest, exstat, utrum hanc significationem an illam habeat sola cogitatione est diiudicandum, difficillimum est locos ubi de causa ab iis ubi de tempore usurpatur secernere; neque dubitari potest quin loci sint ubi utraque vis consocietur. Nihilominus exempla separavi secundum sensum qui mihi in iis praevalere videtur. Neque diffiteor multis locis de sensu praevalente ambiguum esse iudicium.

Indicativus temporis praeteriti cum ὡς construitur his locis: I, 10, 67, 79, 84, 86 (bis), 90, 112, 117, 163, 205, 209, 214. — II, 2, 104, 111, 118, 121 δ, 139, 151 (bis). — III, 42, 64, 126, 154. — IV, 155. — V, 12, 63, 92 δ, 98, 104. — VI, 34, 86 α, 87, 90, 107. — VII, 16, 173, 181, 210, 212, 229, 232. — VIII, 4, 13, 71, 76, 83, 114. — IX, 19, 22, 82, 101, 108.

Praesens indicativi invenitur: III, 85.

Futurum occurrit: V, 118; VIII, 108.

Praesens quod dicunt historicum exstat: VI, 5 *ὁ μὲν δὴ ὡς ἀπωστὸς τῆς ἑωυτοῦ γίνεται, ἀπικνέεται ὀπίσω ἐς τὴν Χίον.*

De eo quod in omne tempus valet usurpatur praesens: IV, 205 *ζῶσα γὰρ εὐλέων ἐξέζεσε, ὡς ἄρα ἀνθρώποισι αἱ λίην ἰσχυραὶ τιμωρίαι πρὸς θεῶν ἐπίφθονοι γίνονται.*

Optativus causam non ex scriptoris iudicio sed ex mente et cogitatione eius de quo praedicatur sententia primaria allatam exprimit[2]).

I, 44. *ἐκάλεε δὲ ἐπίστιόν τε καὶ ἑταιρήιον, τὸν αὐτὸν τοῦτον ὀνομάζων θεόν, τὸν μὲν ἐπίστιον καλέων, διότι δὴ οἰκίοισι ὑποδεξάμενος τὸν ξεῖνον φονέα τοῦ παιδὸς ἐλάνθανε βόσκων, τὸν δὲ ἑταιρήιον, ὡς φύλακα συμπέμψας αὐτὸν εὑρήκοι πολεμιώτατον.*

---

1) Cfr. ὅτε, ὁπότε, ἐπεί, ἐπειδή; lat. *cum, quando;* germ. *da, indem;* angl. *as.*

2) Cfr. Kühner p. 1054, 3, Goodwin p. 172, 2. Madvig § 132 d.

VII, 2. ἐστασίαζον, ὁ μὲν Ἀρτοβαζάνης κατότι πρεσβύτατός τε εἴη παντὸς τοῦ γόνου καὶ ὅτι νομιζόμενον εἴη πρὸς πάντων ἀνθρώπων τὸν πρεσβύτατον τὴν ἀρχὴν ἔχειν, Ξέρξης δὲ ὡς Ἀτόσσης τε παῖς εἴη τῆς Κύρου θυγατρὸς καὶ ὅτι Κῦρος εἴη ὁ κτησάμενος τοῖσι Πέρσῃσι τὴν ἐλευθερίην.

Quemadmodum in oratione obliqua modi et tempora orationis rectae saepe immutata servantur, ita in enuntiatis quae allatis similia sunt nonnunquam occurrunt tempus atque modus quibus usus est is cuius sententia affertur[1]). VII, 2 τῶν παίδων αὐτοῦ στάσις ἐγένετο μεγάλη περὶ τῆς ἡγεμονίης, ὡς δεῖ ('quod oporteret' Stein) μιν ἀποδέξαντα βασιλέα κατὰ τὸν Περσέων νόμον οὕτω στρατεύεσθαι.

Similiter ac particula latina quod post verba affectuum usurpatur ὡς post θυμὸν ἔχε ἀγαθόν III, 85; post ἐκπαγλέομαι IX, 48.

Caput XV.

Praepositio ὡς.

Opinionum[2]) de huius particulae nostrae usus origine quas novi, optime placet ea quam apud Brugmannum[3]) invenio. „Es (i. e. praepositio ὡς) ist identisch", inquit, „mit der eine Absicht[4]) andeutenden Partikel ὡς 'ut' (beim part. fut.) und wurde zu einer Zeit Präposition, als der Acc. zur Bezeichnung des Zieles einer Bewegung noch keiner präpositionalen Stütze bedurfte".

Editores quos consului omnes, Schweighaeusero excepto, praepositionem ὡς praeferunt II, 121 ε. ἐσελθόντα δὲ ὡς τοῦ βασιλέος τὴν θυγατέρα.

Cur autem hoc uno tantum loco accipiatur, nescio, nisi forte ibi tantum recte stare sibi persuaserunt ubi de motu hominis ad hominem adhibetur. Sed codices optimi eam exhibent etiam aliis locis, ut III, 140, ubi editores legunt ἡ βασιληίη παρεληλύθοι ἐς τοῦτον τὸν ἄνδρα. Ita codices P R et editio Aldina; at pro ἐς ceteri codices

---

1) Cfr. Madvig § 132 d.

2) Cfr. Wisén l. l. p. 36 et seqq., ubi opinionibus multorum virorum doctorum de praepositionis ὡς origine laudatis, de eius usu apud Thucydidem copiose disputatur.

3) l. l. § 197.

4) ὡς loco praepositionis usurpatum consilium exprimere putat etiam Thiersch. Cfr. l. l. § 201, Anm. 5.

ὡς habent, quod, ut Bredovius dicit[1]), Iacobitz ad Lucian. Toxar. p. 95 retineri vult. Videas etiam II, 135, quo loco in codicibus A B C d ὡς Μυτιλήνην legitur. Ceterum nusquam habent praepositionem ὡς omnes libri manu scripti, sed pro ea alii alias ἐς praebent. Quamobrem Bredovius ibidem negat esse Herodoteum ὡς pro ἐς vel πρός usurpare. Ego autem potius adsentior Schweighaeusero, qui cautius dicit[2]): 'ὡς an Herodotus, sicut Attici scriptores, subinde etiam pro ἐς vel πρός usurparit, dubitari potest'.

---

1) Quaestionum crit. de dialecto Herodotea libri quattuor, p. 34. Librum Iacobitzii ipsum non vidi.

2) Lexicon Herod. sub ὡς VIII.

VITA.

George Saunders Thomas a. d. XV Kal. Aug. a. h. s. LVI in urbe Virginiae cui nomen Richmond est, patre William, matre Sarah e gente Saunders. Primis litterarum elementis imbutus, collegium Richmondense per sex annos frequentavi. Tum in universitatem Virginiensem receptus anno h. s. LXXIX Magister Artium creatus sum. Sequentes annos tres docui in oppido Louisianae quod Baton Rouge vocatur. Auctumno anni LXXXII Berolinum me contuli, ibique per duo semestria scholis interfui quas habuerunt viri docti, Hübner, A. Kirchhoff, Michaelis, Oldenberg, Steinthal, Vahlen, Wattenbach. Deinde civis academiae Lipsiensis factus sum, ubi viros doctos Brugmann, Curtius, Heinze, Hirzel, Kögel, Lange, Lipsius, Ribbeck, Techmer, Windisch, audivi. Benignitate Ribbeckii societatis eius philologicae per sex menses sodalis fui extraordinarius.

Omnibus viris doctis qui me docuerunt, ago quas debeo gratias.